 qd tunc dauid male precipitanter ac iniuste iudicauit: vt dicit
 ibidem N. colaus de Iyra. Tum quia Syba mentitus est: vt
 clare patet secundi Regum. xix. capitulo. Tbi Adiphiboseth
 se excusauit apud regem dauid. Tum quia dato qd verum dis
 xisset tamen Adiphiboseth erat pius audiendus aut veritas



David dicitur liricus et quod.

Ysidorus.



Josephus.

De lapsu dauid ad multa scelera et peccata.

Josephus excusatur dauid propter peccata.



Qualiter dicitur peccauit per iniusticiam. Secundi Regum.

Secundi Regum.

Moyses ser-
uabat graui-
tates in dan-
do sententiā

Gregorius.



Varro
Socrates.
Seneca.

Seges et pri-
cipes debent
expellere ad-
dulatores a
curijs suis.

Hieronymus
Quanto:um
maloz causa
sint detracto-
res.



Hieronymus.

Hieronymus.

aliter erat dilucidanda anteq̄ condēnaretur. Ideo moyses te-
ste Gregorio instruens nos ne ex corde nostro: sed ex precepto
diuino condēnationis sententiam proferamus: querelas po-
puli semper ad dominū in tabernaculum ingressus deferebat
et iuxta ea que dominus imperabat iudicia p̄ponebat. Hinc
Gregorius ait: et habetur. xi. q. iij. Summopere precauendum
est vt rectores ecclesie: et qui publica iudicia exercent. in dictā
dis sententijs: nullatenus leuitate aut furore ducti sint precipi-
tates. Sed causis prius diligenter ventilatis: cum res q̄ igno-
rabatur pleniter ad noticiāz venerit. Tunc diuina et humana
lex reuoluatur: et sicut ibi constitutum est personaz acceptio-
ne remota diffinitiuā sententia p̄feratur. Hec gregorius. Et
p̄pterea Varro ait. Imperitie signum est exigere cito fieri qd̄
difficilimum est. Et Socrates dicere solebat. Velox consiliū se-
quitur penitentia. Et Seneca inq̄t. Ingenia recta debilitat ira-
cundia. Et iterum iratus facinus consilium putat. Et isto fas-
cto Dauid datur exemplum regibus ac principibus apertis-
simū q̄tum sint periculosi adulatores ac detractores. Cum
enim Dauid esset tam pius sanctus et iustus: nihilominus ex
verbis Sibe adulatoris fuit ita captus ac verbis eius men-
dacibus adeo inuolutus: vt daret sententiam iniustam inau-
dita p̄te. Et q̄ peius est. Postq̄ dauid audiuit miphiboserh
se excusantē nō retractauit totus qd̄ tam iniuste iudicauerat
sed Sibā seruum pessimum fecit equalem dño suo: quē tamē
debuisset suspendere p̄pter falsam accusationē domini sui et
crimine lese maiestatis: vt dicit Nicolaus de Lyra. Hinc diuus
hieronymus ad Cellantiam in epistola que incipit. Vt scri-
pture celebrata sententia est: dicit sic. Nihil enim tam inquisi-
tat animū: nihil est q̄ ita mobilem mentē ac leuem faciat q̄
facile totum credere: et obtrectatorū: verba temeraria a sensu
mentis sequi. Hinc enī crebre dissentīdes: hic odia iniusta nas-
cuntur: hoc est q̄ sepe de amicis facit inimicos dñi concordēs
quidem: sed credulas aīas maliloqui lingua dissociat. At con-
tra magna quies animi: magnaq̄ est morum grauitas non te-
mere de quo q̄ sinistra quid audire. Beatissq̄ est qui ita se cō-
tra hoc vitium armauit: vt apud euz detrabere nemo audeat.
Hec hiero. Iterū in eadem epla dicit sic. In multissima t̄me
isto tpe regnat hoc vitium adulationis: quodq̄ grauissimum
est humanitatis ac beniuolētie loco ducit: eoq̄ fit vt iaz qui
adulari nescit: aut inuidus aut superbus putetur. Est sane grā-
de ac subtile artificium laudare alterum in cōmendationē sui et
decipiēdo: animū sibi obligare decepti. Etia hieronymus ad



Rusticū Monachū in epistola q̄ incipit. Nihil xp̄iano felici⁹
 cui p̄mittuntur regna celoz. dicit sic. Ne credas laudatorib⁹
 tuis imo irrisoribus aurem ne libēter accomodes ō te cū adu-
 lationib⁹ fouerint. ⁊ quodāmodo impore mentis effecerint. si
 subito respexeris aut ciceriarū deēbendes post te colla curu-
 ri. Aut manu agitari aures affini. Aut estuantē canis protendē
 linguā. hec hieronymus. Si optas videre plura de hoc vitio
 adulationis vide aureas s̄nas diui hieronymi in epla ad de-
 metriā q̄ incipit. Si summo ingenio pariq; fretus scientia. Et
 iterū in epla magna ad Eustochiū virginē q̄ incipit. Audi fi-
 lia ⁊ vide. Alterius p̄cedendo in casu nostro peccauit Da-
 uid p̄ sup̄biam: vanā gloriā ⁊ auariciā. qñ tactus aura huma-
 ni fauoris fecit numerare pplm a Dan vsq; bersabee vt scribi-
 tur. ij. Reg. xliij. ca. In quo etiā facta peccauit p̄ inobediens-
 tiam q; transgressus est mandatū dñi: qđ hf̄ Exodi. xxx. capi.
 Ubi p̄cipitur moysi sic. Quādo tuleris summā filioꝝ isrl̄ iux-
 ta numerū dabunt singuli precius p̄ animabus suis domino
 ⁊ nō erit plaga in eis cū fuerint recensiti. Hoc aut̄ nō fuit obs-
 seruatum a dauid in ista numeratiōe siue descriptione. Idcir-
 co facta numeratione populi p̄cussit cor dauid eū vt d̄. ij. Re-
 gum. xliij. ca. Id est p̄scientia resp̄ndit eum. Unde dixit
 Peccauit valde in hoc facto. Ex quo redargutus fuit a Gad p̄-
 pheta ⁊ facta est ingens plaga in pplō. Nam occisi sunt p̄ an-
 gelum. lxx. milia viroz vt d̄: ibidem. Plura alia p̄ctā ḡnioꝝ
 ra his cōmisit dauid q̄ describuntur. ij. Reg. xi. ⁊. xij. ca. Nam
 p̄mo peccauit adulterando cū bersabee vxore Urie ethei fide-
 lissimi serui sui. Erat quippe mulier pulchra valde que ex da-
 uid in illo coitu p̄cepit filiū. Et sic ioseph hystoricus hebreus
 in. vii. lib. antiquitatis iudaice. ca. vii. ait. Quāuis dauid esset
 natura iustus atq; religiosus ⁊ patrias leges magna virtute
 seruaret. Nihilomin⁹ videns multerculā specie valde pulcher-
 rimā ac cunctis feminis p̄ponendā cui⁹ pulchritudine stu-
 pens cupiscentiā retinere nō potuit. Est aut̄ adulterium val-
 de horribile p̄ctm atq; grauissimū. Nam in peccatis q̄ fiūt. 3.
 p̄ximū p̄m̄ penale. i. dignū pena etiāq; mortis est homicidiū
 Secūdm̄ est adulterium. Maius quippe est q̄ furtum: rapī-
 na: mendacium ⁊ alijs pluribus. Propterea omnes leges des-
 testantur hoc scelus: lex naturalis: lex ciuilis: lex mosayca:
 lex prophetica: lex canonica: lex euangelica. Ideo omnis ho-
 mo cauere debet ab hoc peccato. Hinc clemens papa. Et habe-
 tur. xxxij. q. vii. Quid inquit in omnibus peccatis adulterio
 grauius est. Secūdm̄ nāq; in penis obtinet locum. hec ille.

*Joba ff. p. l.
 (o rane au
 q̄ nulla ri
 p̄mixit E*

David pec-
 cavit p̄ sup-
 biā ⁊ auari-
 ciam.
 ij. Regum.
 Exodi.

ij. Regum.

David pec-
 cavit adulte-
 rando.
 Josephus.

Adulterium
 est horribile
 peccatum.



Oēs leges d̄
 testant adul-
 terium.

Sanctus thomas.



Dauid peccauit per simulationem et hypocritiam.

Sanctus thomas.

Ysidorus.

Marchus tullius.

Dauid peccauit vitio dupliciter.

Ecclesiasticus



Dauid peccauit turpissimo modo.

Sanctus thomas.

Quid est modus.

Etiam quod grauitatis sit hoc scelus ostendit Sanctus thomas in .i. q. lxxij. ar. v. in responsione ad primam argu. ubi dicit sic. Adulterium non solum pertinet ad peccatum luxurie: sed etiam pertinet ad peccatum iniusticie. et quod ad hoc potest ad auariciam reduci: ut glossa dicit ad ephe. v. ca. Super illud. Ois fomicos tot aut immundus aut auarus. Et tunc grauius est adulterium quam furtum quod homini est carior: vix res possessa. Et quod adulterium Dauid habuit multas deformitates et fuit duplex adulterium: quia vtraque pars erat coniugata tam ipse quam Bersabee. ideo fuit grauissimum. Secundo peccauit Dauid per simulationes et hypocritias. Est enim hypocrita secundum Thomam in .i. q. iij. ar. ij. Simulatio aliene persone sicut cum peccator simulat personam iusti. Ideo hypocrita teste ysidoro greco sermone. latine simulator interpretatur: qui cum intus malus sit: bonum se palam ostendit: ypo enim falsum. crismum indicium interpretatur. Quante autem grauitatis sit talis simulatio ostendit Marchus tullius in .iij. li. de officijs sic dicens. Omnes aliud gentes et aliud simulantes perfidi: improbi: maliciosi sunt. nullum igitur eorum factum potest esse vtile cum sit tot vitijs inquinatum. Hec tullius. Sic dauid cum esset tunc peccator magnus simulabat se iustum et bonum Ideo volens abscondere scelus suum misit ad ioab principem exercitus sui dicens. Mitte ad me viam ebeum. Ideo enim misit pro eo ut ipse vias dormiret cum vxore sua: et sic peccatum dauid occultaret. Tertio peccauit dauid vitio dupliciter. Nam dupliciter cordis est aliquid ostendere et aliud intendere. Ista cordis dupliciter est magnus scelus deo et vobis exorsum Sunt enim viri duplices sicut venatores tendentes insidias et fraudes de quibus dicitur Ecclesiasticus .ij. ca. De duplici corde et labijs celestis. Et iterum .v. cap. Omnis peccator probatur in duplici lingua. Hoc vitio fuit maculatus dauid. Nam postquam venit Arias ad dauid quesuit ab eo fraudulenter. An recte ageret Joab et populus. Hoc autem maliciose dixit. ne vias perciperet causam sui aduentus. Unum quidem ostendebat verbo sed corde alio intendebat. Ex quo patet grauitas peccati dauid qui de re tam enormi fidelem irrisit seruum. Hinc Marchus tullius in .iij. li. officiorum ait. Nec vlla peritias vite maiora inueniri potest quam in malicia simulatio intelligentie. Quarto peccauit dauid in modo occultandi peccatum suum. Cum enim modus sit quedam discretio regulas omnem disciplinam sine qua virtutes sunt vicia. Vel secundum Thomam. Modus est determinatio adiacens rei. Vel est quedam mensura actuum humanorum Ideo pro aliquo peccatum peiori modo committitur tanto grauius

nus a sanctis doctorib⁹ indicatur: q̄ actus morales recipiūt
speciē a modo ⁊ a fine. Propterea dauid volēs abscondere pec
catum suū habuit turpem modū ymo pessimū. Nam volebat
introducere fallum heredem ipsi Arie. Et ideo inducebat illū
ad dormiendū cum vxore sua: vt filius nascitur⁹ ascriberet ei.
¶ Quinto peccauit dauid inebriādo viam. Cū em̄ vias esset
valde deuorus ⁊ rectus coram dño recusauit descēdere in do
mum suaz: nec voluit dormire cum vxore sua vt dicit in textu
¶ Ideo dauid vocauit eum vt comederet ⁊ biberet coram se: et
tunc inebriauit eum faciens per seruos suos occulte sibi dare
potum inebriatiuū. In qua re peccauit Dauid mortaliter: vt
pote inferēdo non solum iniuriā ⁊ cōtumeliam tam iusto mi
liti: sed etiam notabile nocumentū ⁊ dampnū: q̄ ebrietas ob
nubilat ⁊ extinguit fere lumen rationis quo secernitur homo
a bestijs. Ideo Osee. iij. ca. dicitur fornicatio ⁊ ebrietas auf
ferunt cor. Propterea filie Loth que inebriarūt patrem suum
vt habet gene. xix. ca. Non excusant a peccato mortali Quis
haberēt piā intētionem. teste beato thoma in. iij. sentētiar.
dist. xxiiij. in expositione littere. Sed Loth creditur immunis
fuisse a peccato mortali. tam ppter ebrietatē q̄ ppter incestū
vt dicit thomas in. ij. q. cl. ar. iij. Et idcirco nota q̄ in ebie
tate duo attendi possunt scz defectus cōsequēs ⁊ actus peccē
dens: ex parte autē defectus cōsequētis in quo ligat vsus ras
tionis ebrietas hz excusare peccatū inq̄tum causat inuolun
tarium per ignoratiā. Sed ex parte actus pcedētis videt esse
distinguedū: q̄ si ex actu illo pcedēte subsequuta est ebrietas
sine peccato. Tunc peccatū sequēs excusatur totaliter a culpa
sicut forte accidit de loth. Si autē actus pcedens fuit culpabi
lis. Ac nō totaliter excusatur aliqs a peccato sequēti quo scilz
redditur volūtariū ex volūtate pcedentis actus inq̄tum scilz
aliquis dans operā rei illicitē incidit in sequēs peccatū. Dimi
nuitur tamen sequens peccatū sicut diminiuit ratio volūtarij.
Unde Augustinus cōtra Faustum dicit q̄ loth culpā dū est
nō inq̄tum ille incestus: sed q̄tum ebrietas meruit. ¶ Sexto
peccauit dauid faciens horribile homicidiū non q̄dem ex im
petu ire: sed tractate ⁊ apensate cum longa ac multiplici di
scussione animi quod peius est. Quāta autē sit grauitas hui⁹
peccati satis liquet ex graui punitione primi homicide Cayn.
Est enim homicida destructor humani generis: q̄ exterminat
hoiem factum ad ymaginē dei ⁊ similem sui. Isto igitur tam
horribili peccato fuit maculatus dauid. Nam vidēs q̄ nō po
terat inducere viam ad dormiendū cum bersabee vt sic misē

Dauid pecca
uit inebriādo
viam.

Ebrietas ex
tinguit lumē
rationis.

Osee

Besi.



Sciūs tho.
Dauid tunc
homicida nō
ex ipetu ire:
sed cū longa
discussione
animi.




Homicida
destructor hu
mani gñis.

nam suam tegeret. tunc scripsit epistolam ad ioab dicens. Ut poneret viam ex aduerso belli ubi fortissimum erat prelium ut sic occideret quod et factum est. Ex quo patet gravitas huius homicidii et multiplici circumstantia aggravatis peccatis. Non enim iussit occidere David tot ac tante iniquitates commisse in viam tam piam ac iustam militem: sed illum perditione fecit occidere. ¶ Septimo peccavit david: quod non solum viam occidit sed occasione mortis sue plures alii serui sui in illo prelio interfecti sunt: et pariter multi vulnerati et percussi atque alia plurima dampna et mala facta sunt: ut solet fieri ab utraque parte bellantium. Considerat enim gravitas culpe ratione nocumendi peccatis. Ubi est ergo maius dampnum: ibi est maius peccatum: ceteris paribus. et quod in illo conflictu tot damna secuta sunt: quorum omnium ipse David causa fuit. Ideo peccatum eius iudicatur gravissimum. Quia ille facit rem: cuius auctoritate fit. Hinc Paulus ad romanos. i. cap. Digni sunt morte non solum qui faciunt ea: sed qui consentiunt faciendis. ¶ Octavo peccavit David scandalizando ac infamando. Uriam in conspectu Joab fama autem est nobilissimum thesaurus: ymo preciosior cunctis rebus temporalibus: ut infra latius patebit. Et ideo hoc respectu graviter peccavit David. Cum enim Joab per ipsummet Uriam accepisset epistolam David. credidit Joab quod Urias offendisset graviter regem ex quo esset dignus morte. Hinc Iosephus in vii. li. antiquitatis Judaice. ca. vii. dicit quod David significavit per epistolam suam ultionis modum: ne fieret Urias in suo scelere manifestus. Joab autem cum sciret Uriam constantem militem ac magnanimum qui magis eligeret mortem quam turpiter fugere: posuit eum in loco ubi erat onus prelii sicque mortuus est. ¶ Nono peccavit David per negligentiam siue per contemptum siue per disturnitatem temporis stando in miseria tantorum peccatorum quasi per annum. Quia a tempore quo peccavit David adulterando cum Bersabee usque ad reprehensionem factam per Nathan transiit fere annus. Hoc patet ex hoc: quod filius quem conceperat Bersabee iam natus erat. Propterea Nathan dixit ad David. Filius qui natus est tibi morte moniet ut dicitur. ii. Regum. xii. c. Hinc Boetius in. iiij. li. de consolatione. prosa. iiij. dicit sic. Si nequitia miserum facit miserius sit necesse est diuturnius neque. ¶ Decimo gravitas peccati David iudicatur ex eo quod multe deformitates fuerunt aggravantes peccatum suum. Nam illa culpa dicitur gravior in qua transgressio est multiplicior: puta in qua sunt multe transgressiones sicut in hoc peccato David in quo fuit excessus culparum multarum siue iniusticiarum et iniuriarum. ideo peccatum eius fuit gravissimum. Etiam illa culpa vel iniuria dicitur maior que

David occidit plures propter mortem Urie.



David peccavit infamando Uriam.



Iosephus

David peccavit per contemptum stando diu in peccato.



Boetius.

David habuit multas deformitates in peccato suo.



est indignior: vel irrationabilior: puta quam q̄s facit cōtra eus
 a quo bona recepit cum teneamur benefacere benefactoribus
 n̄ris: q̄: nihil est q̄ sic indignatōez puocet altissimi dei. sicut
 ingratitude q̄ est ventus viens siccans fontem pietatis: teste
 Bernardo. David aut̄ fuit valde ingratus in facto Urie tam
 enormiter agens cōtra eum a quo beneficiū veri amoris: vere
 dilectionis: vere fidelitatis suscepit: ideo rōne huius grauius
 offendit deum ⁊ p̄ximū in hoc facto. ¶ Amplius grauatus
 fuit peccatū David p̄pter specialē repugnātiā actus peccati
 quia ipse q̄ positus fuit a dño custos iusticie ad puniendū et
 corrigendū vitia ⁊ peccata tam enormiter violauit iusticiam
 Et sic p̄t̄ q̄te deformitates fuerūt aggrauātes p̄ctm̄ David.
 Nec igitur oia taz graua scelera ac tante enormitates fuerūt
 indulta ac relaxata ipsi David: q̄: vere recognouit seipsuz atq̄
 in recordatione pp̄rie iniq̄tatis ingenuit. Sed videam⁹ sub
 breuib⁹ ordinē rei recte. Nam mortuo Uria deuotissimo mi
 lite introduxit David Bersabee in domū suam ⁊ facta est illi
 vxor: que peperit ei filium. Has vero nuptias deus nō libēter
 inspexit: vt inquit Josephus vbi supra. Ideo iratus cōtra Da
 uid vehementer misit ad eum eum Nathan p̄phetā qui teste
 Josepho erat vir vrbanus ⁊ sapiēs. Sic veniēs ad David ob
 iurgationē acerrimā fecit eidez. assignādo oēs deformitates
 tam horēdi sceleris. Et primo p̄posuit ei familiarē parabolā
 non solum vt apertius condemnaret eum: sed vt ipse contra
 seipsuz p̄ferret sentētiā quasi nesciens quid diceret. Ait ergo.
 Respōde michi iudiciū. Duo vini erant in ciuitate vna. Vnus
 diues ⁊ alter paup̄. Et diues habebat oues ⁊ boues plurimos
 valde. Pauper aut̄ nihil habebat omnino preter vnā ouem
 paruulā quam emerat ⁊ nutriuerat. Cum aut̄ peregrinus ve
 nisset ad diuitem. voluit diues exhibere cōuiuium peregrino
 sed reseruās oues suas. tulit ouem pauperis ⁊ preparauit ei
 bos homini qui venerat ad se. Iratus David aduersus hoiez
 illum nimis. dixit ad Nathan. Auiit dñs qm̄ filius mozi est
 vir qui fecit hoc. ouem reddet in quadruplū. Talem sentētiā
 ptulit David: q̄: cum esset in lege moysi peritissimus. noue
 rat illud qd̄ scribit̄ exodi. xxij. ca. Si quis furatus fuerit bouē
 aut ouem ⁊ occiderit vel v̄diderit. quinq̄ boues p̄ vno boue
 restituet. ⁊ quattuor oues pro vna oue. Tunc nathan redar
 guens David assignauit omēs deformitates ac circūstantias
 perpetrati sceleris. Ita dicens. Tu es ille vir qui fecisti hanc
 rem. Ideo hec dicit domin⁹ deus Israel. Ego vixi te in regem
 super Israel: ⁊ ego erui te de domo Saul: ⁊ dedi tibi donū d̄

David fuit
valde ingra
tus in facto
Urie

P̄ctm̄ david
habuit spālē
repugnātiā.



Israel deus
cōtra David
⁊ Nathan p̄
phera miti
tur ad eum.
Nathan pro
ponit para
bolā vt cen
cludat d̄.

David p̄t̄
lit sciaz p̄tra
seipsum.

Nathan ar
guit David
d̄ scelere. suo
accusauit.



Nota quali
ter nathā tā
git oēs cir
cūstātiās ag
gruantes pec
cātū dauid.

Furoz dñi
irascitur con
tra dauid et
filios eius.

Absalon fili
bersee.
Absalō occi
dit amō pfe
quit p̄rem ⁊
fedat scubi
nas eius.

Salomō occi
cidit adoniā
fratrem ei.
Propt̄ mor
temyrie. iij.
dauid occisi
sunt i vltōez
sceleris.
Dauid audi
ens nathan
expauit.

mini tui. Quare ergo cōtempstisti verbū dñi vt faceres ma
lum in conspectu meo. Vriam etheum pcussisti gladio ⁊ vx
orem illius accepisti in vxorem tibi ⁊ interfecisti eum gladio fi
lioz amon. Quāobrem nō recedet gladius de domo tua vsq
in sempiternū. Et tollam vxores tuas in oculis tuis ⁊ dabo p
rimo tuo: ⁊ dormiet cū vxorib⁹ tuis in oculis solis hui⁹. In q
bus verbis assignauit nathan seprē circūstātiās aggrauan
tes pctm dauid: q̄ etiā discutiente sunt ab eo q̄ veram querit
pniam: vt latius aperiem⁹ in sequētibus. Primo tāgit nathā
circūstātiā p̄sone peccātis cū ait. Tu es ille vir q̄ fecisti hanc
rem. Scdo tangit circūstātiās status ac dignitatis cum sub
dit. Ego vnri te in regem sup israel. Tertio exp̄mit circūstā
tiā criminis peperciti cum ait. Quare contēpisti verbū dñi
vt faceres malū in conspectu meo vriam etheū percussisti gla
dio. Quarto tangit circūstātiā finis cū subiungit dicens. Et
vxorē illius accepisti tibi in vxorē. i. hoc fine interfecisti eū: vt
acciperes vxorē eius in vxorē tuā. Quinto tangit circūstātiā
modi sub qua intelligit circūstātiā loci ⁊ circūstātiā tempo
ris cū subdit. Interfecisti eū gladio filioz amon in tpe belli
⁊ in loco certaminis: ⁊ nō occidisti veneno vel gladio tuo: sed
gladio alieno. s. filioz amon. Iste igit cōminatōes quas dixit
nathan venturas sup dauid ad purū adimplere sunt. Nā gla
dius furoris dñi in vltionē sceleris venit i domū dauid. Quia
filius natus ex adulterio quē peperit bersee mortu⁹ est iur
ta verbū nathan. Et absalon filius dauid interfecit amon fra
trem suū p̄pter stuprum thamar sororis sue vt habet. ij. Regū
xij. c. Frerū absalon filius dauid insurrexit p̄tra patrē suū vo
lens inuadere regnū ⁊ occidere eū vt dicit. ij. Reg. xv. c. Etiā ab
salon fedauit publice scubinas patris sui dauid permittente
dño in vltionē sceleris vt scribit. ij. Reg. xvi. c. Sed tandē cuz
absalon turpiter fugeret a facie exercitus dauid p̄ capillos su
spensus est subter quercū magnū. Quō audiēs ioab tulit tres
lanceas: ⁊ infixit eas in corde absalon ⁊ mortu⁹ est. vt patet. ij.
Reg. xviij. c. Salomon etiā filius dauid occidit adoniā fratrē
suū: vt scribit. iij. Reg. ij. ca. tum q̄ machinabat̄ p̄tra eū. tum
q̄ petebat abisach in vxorem q̄ fuerat vxor dauid p̄ris sui cō
tra legem q̄ h̄t Leuitici. xvij. Abi phibetur p̄tractus matris
monij cū vxore p̄ris. Et sic p̄ q̄ p̄ morte vrie mortui sūt quat
tuor filij dauid. s. p̄mus fili⁹ bersee. secūdus amon. tertius
absalon. quart⁹ adonias. Et deniq̄ mala plurima secuta sunt
in domū dauid iurta verbū p̄phete. ij. Reg. xvi. c. Audiēs au
tem dauid tam difficilē obiurgationē expauit ac vehementer

turbatus est. Et sicut ait iosephus valde pfusus fuit. Ideo cū
 lachrymis ac tristitia impie se egisse pfessus est. Non em̄ excu
 sauit peccatus suū sed humiliter accusauit. Nec tantū ore sed
 toto cordis desiderio recognoscens seipsum ingemuit ad dñm
 Unde dicit ad nathan. Peccaui dño. videns aut nathan vna
 rios singultus: gemitus: crebra suspiria: stillantes lachrymas ve
 ram cordis p̄ritionem ac ois confessionē ipsius dauid Illico
 subiūxit: dicens. Dñs quoq; trāstulit a te pctm̄ tuū. nō moie
 ris. Quasi dicat. Quāuis plura horribilia pctā commiseris. tñ
 q; vero dolore cordis teipm̄ recognoscis. Ideo dñs tibi culpā
 remittit ⁊ penā mitigat. Nā cuz sis homicida pessim⁹ es quip
 pe morte dignus: sed ppter doloris tui acerbitem ac contri
 tionis veritatem nō moieris in ppria p̄sona sed filius q; nat⁹
 est moieretur. David igitur ppter hm̄i peccata artificimā ele
 git p̄niam in qua cecituit psalmū. l. qui incipit. Miserere mei
 deus sc̄dm magnā misericordiam tuā. Qui psalmus nobilis
 finis ac deuotissimus est. Aptus valde ad impetrandum dī
 uinā misericordiam. Ideo mentis sollicitudinem ac purita
 tem exigit. eo q; oī affectu spirituali ac diuina cōtemplatione
 plenus fit. Hinc Crisostomus in descriptione hui⁹ psalmi. l. cu
 piens nos reddere cautos exemplo peccatoris dauid q; lapsus
 est ad tam grauiā peccata. Ita inquit dauid talis ac tantus
 spiritus sancti gratiam habens: in iuuenili etate senior qui de
 uicit bella: qui mille aduersus se machinas superauit post so
 brietatem: post modestiam: post castitatem. cum obtinuisset
 regnū ⁊ gentes subiugasset et pax vniuersa reueret: tūc negli
 gentior ac senior factus: prosperit̄ eminens ex aduerso mulierē
 se lauāntem. Aperuit in vanitate oculos ⁊ suscepit ictum sa
 gitte. Audiant curiosi qui pulchritudines cōsiderant alienas
 Audiant qui spectaculis insaniunt theatralib⁹. Dauid talis
 ac tantus lesus est ⁊ tu puras te ledi non posse. quod minime
 credo si oculos conieceris in speciem alienam. Nec crisostom⁹.
 Hieronymus quoq; in epistola ad Saluinam de morte nebr
 dij. Epistola incipit. Vereor ne officium putetur ambitio: di
 cit sic. Dauid amicus dei ⁊ salomon amabilis eius victri sunt
 quasi hoies: vt ⁊ ruine nobis q̄si ad cautionē ⁊ exempla peni
 tudinis ad salutem p̄berent. Quis in vita lubrica lapsum nō
 meruit? Nec hiero. Ex dictis p̄ exemplo dauid q̄ta sit virtus
 seipsum ac pprias iniquitates recognoscere.
 Exemplū de rege Ezechia qui recognoscens deum grauer
 offendisse. singultibus ⁊ gemitibus ac fletu magno misericor
 diam a domino consecutus est.

David reco
 gnouit pec
 catū suum ⁊
 meret veniā



David agit
 p̄niam ⁊ cas
 nit psal. l.

Crisostom⁹
 d̄ dauid pul
 chra dicit.



Hieronym⁹
 d̄ dauid pul
 chre loquit̄.



laus ezechie
Josephus
Scriptura
sacra.

Ezechias na
scif de pessis
mo patre sicut
abraam.



Ezechias.

Josephus.

Infirmatur
ezechias et
mittit ad eum
elayas pro
pheta.

Hieronymus

Questio.

Ezechias es
rat natura
iustus et tamen
peccauit per
supbiam et in
stantiam.

Ezechias es
rat diues val
de.
ij. Paralipo.



Consequenter dicimus quod nil melius

nil salubrius pro salute anime peccatricis fieri potest quam seipsum humiliare ac recognoscere. Hoc autem pro exemplo sanctissimi regis ezechie. Qui ut scribit iosephus historicus hebreus in .ix. lib. antiquitatis iudaice. ca. xiiij. Natura

benignus iustus ac valde religiosus fuit. De cuius laudibus ac meritis scribitur ad plenam .iiij. Reg. xvij. xix. et .xx. ca. Et iterum in .ij. li. Paralipomenon. xxix. xxx. et .xxij. capitulis. Et iterum esaye. xxxvij. xxxvij. et .xxxix. ca. Fuit quippe ezechias optimus filius de pessimo patre Acham genitus: sicut pariter legitimus sanctissimum patrem abraam genitorem pessimum habuisse scilicet tharam luteorum deorum cultorem ut ait Chrysostomus. Sic igitur ezechias graui languore detentus egrotauit usque ad mortem ut scribitur Esaye. xxxvij. et .iiij. Regum. xx. et .ij. Paralipomenon. xxij. ca. Non enim poterat periculum mortis euadere propter naturam. Unde Josephus in .x. lib. antiquitatis iudaice. cap. iij. dicit quod languor ille grauis erat atque a medicis desperatus adeo quod nec ipse ezechias de se nec eius amici spem vltimum sustinebant. Ipso igitur sic egrotante atque in lecto decubente venit ad eum esayas propheta missus ex parte dei. qui dixit illi. Ezechia dispone domui tue. id est ordina negocia regni tui per testamentum quod moueris tu et non viues. In hoc loco occurrit dubitatio. Cum enim pena sequatur culpam. quod sicut ait hieronymus in .i. lib. super Micheam prophetam. Secundum ordinem peccatorum sic ordo penarum. Ideo queritur. Nunquid ezechias peccatum aliquod horribile commisit eo quod tam grauis languor ei accidit. Pro responsione nota quod iste Ezechias quibus natura esset totus pius clemens ac religiosus non tamen potest excusari a peccato vane glorie: tactantie: vel supbie. Nam dicitur .ij. paralipomenon. xxij. ca. quod non iuxta beneficia que acceperat retribuit: quod eleuatum est cor eius. Et idcirco facta est propterea eum ira dei: et contra iudam et hierusalem: ut dicitur ibidem. Iterum supbiuit ezechias quando rex babilonis misit ei litteras et munera per legatos suos. vij. .iiij. Reg. xx. c. dicitur quod letatus est in aduentu ipsorum: intellige leticia inepta que preedit ex vana gloria et elatione mentis: ut exponit nicolaus laus de lyra. Eo quod tantus rex de tam longinquis partibus miserit ad eum tam solennes legatos et munera. Et quod ezechias erat diues et inclitus valde habens thesauros plurimos argenti et auri et lapidis preciosi: aromatum et armorum diuersi generis: ut habetur .ij. Paralipomenon. xxxij. ca. Ideo ad sui ostentationem

rationem et iactantiam offendit omnes thesauros nuncijs regis babilonis et omnem magnificentiam suam: vt scribitur. *Esaye. xxxix. ca. et. iij. Regum. xx. ca.* Et sicut dicit rabbi salomon, Non solum ostendit eis oia que erant in thesauris suis et in domo sua: sed etiam q̄ secretissime ac reuerētissime seruebantur in templo que nullomodo erant gentilibus ostendenda. Sed ppter huiusmodi peccata elationis et iactantie non fuit ezechias tam graui languore a dño percussus: quia ista post sanationem eius euenerunt vt dicitur in locis preallegatis. Ideo ad questionem diuersi diuersa dicunt. Nam rabbi salomon opinatur q̄ ezechias recusauerit uxorem accipere q̄ quidem facere non debuit: ne linea dauid in regno deficeret q̄ in christo per succedentes generationes perpetuari debebat et ppter hoc fuit tam graui infirmitate a dño castigatus. Unde cum languore fatigaretur teste iosepho rogauit deum: vt ei paruo tempore vitam concederet donec filios habere posset. Cui misertus fuit deus et accepit uxorem ex qua genuit manassen. Et sicut scribit Hieronymus in. xi. lib. explanationum esaye. ca. xxxviiij. Eo em̄ tempore ezechias filios non habebat. Nam post mortē eius manasses cum duodecim esset annoꝝ regnare cepit in iudea. Et quo perspicuū est: post tertium annū concessisse vite: manassen esse generatum. Hec hieronymus. Sunt alij qui dicūt q̄ deus plerūq̄ corripit et castigat quos diligit. Et idcirco cum ezechias esset vir iustus ac timens deum fuit a dño castigatus ne rerum prosperarum felicitate corruptus in luxuriam laberetur ac dei precepta contēneret sicut illi maiores nostri qui sepe vt ait Lactantius: his terrenis ac fragilibus bonis enervati oberrauerunt a disciplina legis vincula: q̄ ruperūt. Hinc hieronymus ad castricianū ait. Scimus sanctos viros egrotationibus miseris ac egestate torqueri. Et iterum Magna ira est cum peccatoribus nō irascitur deus. Unde et in ezechiel ad hierusalē. Jam inquit nō irascar tibi zelus meus recessit a te. Iterum hieronymus in. xi. lib. explanationū esaye super capi. xxxviiij. ait. Quem diligit dominus corripit et castigat omnem filium quem recipit. Ne eleuetur cor. Ezechie post incredibiles triumphos infirmitate corporis sui visitatus et audit se esse mortuum vt cōuersus ad dominū flectat sententiam. Hec hieronymus. Magister vero bystouarū post Hieronymum dicit q̄ Ezechias post inopinabilem ac incredibilem triumphum de percussione exercitus senacherib: q̄ uis s̄m iosephum in decimo libro antiquitatis iudaice capi. iij. gratificas hostiam cum omni populo suo celebrauerit do-

Esayas.
Rabbi salomon.

Ad q̄stiones diuersi diuersa dicunt.
Rabbi salomon.
Iosephus.

Hieronymus.

Alia opinio de ezechia.

Lactantius.



Hieronymus.



Opinio magistri bystouarū et hieronymi.
Iosephus.



mino: nō tamen sufficientes aut dignas egit gratias prout excellentia tante victorie merebatur. Nam & aīo elatus est: nec canticū cantauit vt psueuerant antiq̄ patres in tam admirandis prodigijs. Unde postq̄ filij israel liberati sunt de manu egyptioꝝ transeuntes p̄ mediū sicci maris: moyses cū eis cecinit canticum dicēs. Cātemus dño gloriose em̄ magnificatus est equū & ascensorē proiecit in mare. Exodi. xv. c. Sic pariter anna mater samuelis qz filij obtinuit a dño etiā canticū edidit dicens. Exultit cor meū in dño. vt h̄. i. Regū. ij. c. Sic purissima virgo post mysteriū incarnationis xp̄i per gabrielem nobilissimū archangelū denūciatum aureū edidit canticū dicens. Magnificat aīa mea dñm. Luce. i. ca. Sic zacharias: sic symeon: sic ceteri patres p̄ suscepti beneficijs nobilissima ediderunt cantica. Vñc hieronym⁹ in. xi. lib. explanationū esaye p̄phete. c. xxvij. dicit sic. Tradunt hebrei ideo egrotasse ezechiam qm̄ post inauditā victoriam iudeoꝝ & assiri regis interitum non cecinit laudes dño quas cecinit moyses pharaone submerso: & delbora interfecto sycara: & anna genito samuele. Rursusq̄ post corporis sanitatem & signi magnitudinē offerri aliam occasionem supbie quā vt prudens & dei cultor vitare debuerat: nec mōstrare alienigenis diuitias suas quas deo tribuente possederat. Ex quo iuxta leges quoq̄ tropologie discimus nō mittendas margaritas ante porcos: nec dandū sanctorum canibus. Vñc hieronymus. Idcirco illam debitam reuerentiam quā cōsueuerant sancti patres referre dño: bonorum omnium largitori nō egit ezechias q̄ mirabiliter ac inopinabiliter a terribus senacherib liberatus est. Et ideo nō mirum si egrotavit vsq̄ ad mortem. At quē cum venisset esayas & miraretur ei mortem dicens. Dispone domui tue qz morieris tu & nō viues. At ezechias audiens verba esaye consternatus aīo ac fractus in lachrymas conuertit faciem suā ad parietem vt deuotius oraret. Et recognoscens se grauiter deliquisse humiliter orauit ad dñm & dixit. Obsecro dñe memento queso quō ambulauerim coram te in veritate & in corde p̄fecto: & qd̄ bonū est in oculis tuis fecerim. Nota q̄ ista non dicit ezechias ad iactantiam: sed magis p̄ gratiarū actionem vt exponit nicolaus de lyra post hieronimū. quasi recognosceret ex gr̄a dei talia egisse. Vñc hieronym⁹ in libro vbi supra dicit sic. Quērit ezechias faciem suam ad parietē: quia ad templū ire non poterat: ad parietem autē templi iuxta quod salomon palatium extruxerat. Vel absolute ad parietē ne lachrymas suas assidue sibus ostētare videretur. Aut certe iuxta hieremias. ad cor suū

Anna mater samuelis cecinit.

Purissima virgo cecinit canticum. Sic zacharias & symeon hierony. et hebrei.

Reuertitur ad hystoriam. Ezechias fūdīdit lachrymas.



Hieronym⁹. Idem.

Nota verba hieronymi.

parietem cor appellat vt tota mente dñm deprecaret. Et ait. Obsecro dñe memeto queso qñ ambulauerim corā te in veritate et in corde pfecto: et qđ bonum est in oculis tuis fecerim. Audiēsq; se esse mortuū nō precatur vitā et annos plurimos s; in dei iudicio quid velit p̄stare dimittit. Nouerat em̄ idcirco deo placuisse salomonē qđ ānos vite nō petierit ampliores sed iturus ad dñm narrat opera sua qñ ambulauerit coram eo in veritate et in corde pfecto. Felix cōscientia que afflictionis tpe bonorum operū recordat. Beati em̄ mundo corde qm̄ ipsi deum videbunt. Hec hieronymus. Fleuit itaq; Ezechias fletu magno: vt dicit Ysaie. xxxvii. ca. Et iterum. iiii. Regum. xi. caplo. quasi dicat. O dñe deus si nunc peccauī p iactantiaz aut elationē mentis. Aut si nō dignas egi gratias vt tua grā dia merentur beneficia mihi seruo tuo largiter concessa. Obsecro indulge: parce: remitte. O clemētia miserentis dei. O felices lachryme p quas pctōrum incendia extinguunt. Nam an te qđ egrederetur ysaias mediam p̄tem atrij: et ecce factus est sermo dñi ad eū dicens. Reuerte et dic ezechie. Hec dicit dominus deus dauid patris tui. Audiui orationes tuas et vidi lachrymas tuas. Ecce sanauī te: die tertia ascendes templum dñi: et adam diebus tuis quindecim annos. Sed et de manu regis assyriorum cuius reditū t̄mes liberabo te et ciuitatē hanc ppter me et ppter dauid seruū meum. Hinc hieronymus cōmemorans hanc mirabilē cōuersionem ezechie in epla ad Theophontem vrbicum que quidem epla incipit. Presumptionem meā excusare conarer. dicit sic. Legamus ysaiam pphetā. Et necessariū ezechie regis aptū huic cause queramus exemplū cui morturo anni. xv. ad superiorē vitam p̄puijs fletibus et p̄phete precibus augent. Quicq; accepta tanti numeris gratia nō peccatis: nō voluptatibus: nō delitijs: sed soli dño indultum vite spaciū humilis et sanctus exhibuit: hec hieronymus. Liqueat ergo ex dictis qđ recognoscere seipm̄ ac pctā sua est efficacissimum remedium ad placandum iram omnipotentis dei. Ad maiorem tñ euidētiā eorū que dicta sunt de dauid et ezechia. Considerandū est qđ iste ezechias sup̄ oēs reges veteris testamenti videt̄ laudibus extolli. Nam dicit de eo. iiii. Reg. xvii. c. sic. Ezechias in dño deo suo sperauit. Itaq; post eum nō fuit similis ei de cūctis regibus iuda: sed neq; in his qui ante eū fuerunt. hec ibi. Que verba nō sunt sic intelligenda: vt ezechias fuerit sanctior dauid qui fuit ante eū. Vel io sua qui fuit post eū. Sed est sensus qđ inter reges nō fuit filius ei quo ad aliqua p̄cularia. Sicut em̄ stella a stella differt. In



Ysaias.
Ezechias re
cognoscit se
ipsum et me
retur indul
gentiam.
Reuertitur
ysaia ad ele
chiam iplaca
tus.

Nota de eze
chia et dauid



Maḡ laus
Ezechie.
Ezechias nō
est sanctior
dauid.

Paulus.

Quidius.
Veronymus

Ecclesiasticus.

Ezechias ex
cedit oēs re-
ges quo ad
aliqua parti-
cularia.Admiranda es-
git.
Ezechias.Nota q̄ tres
reges valde
placuerunt
deo.

Ecclesiasticus



claritate teste paulo pu. ad cotin. xv. ca. Sic homo differt ab
hoie quo ad quedam particularia desideria: vel quo ad certas
affectiones aut puatas gratias. Unde nusq̄ aperti sunt duo
hoies in corpali dispositione ex toto filles in quo maxime re-
lucet sapiētia dei. S; maior adhuc differētia attendit in aia
bus nostris quo ad virtutū merita. Hinc ovidius in. i. li. de ar-
te amādi inquit. Pectoribus mores tot sunt q̄ in orbe figure
Propterea hieronymus in p̄ncipio. xi. li. explanationum ysaie
dicit sic. Difficile imo impossibile est placere oibus. Nec tanta
vultū q̄ sniarum diuersitas est: hec hieronymus. De quolibet
etiam sancto illud dici p̄t. Ecclesiastici. xliij. c. Non est inuen-
tus filis illi qui cōseruaret legem excelsi. Sicut ergo in huma-
nis corpibus magne sunt dissimilitudines. sic in aiabus maio-
res sunt morum varietates teste Asarcho. Tullio. Et plerūq̄
diuersitatem corporum diuersitas sequit animorum. Et ideo
cum dicit de ezechia q̄ nō fuit similis ei: de cunctis regibus iu-
da. Intellige quo ad quedā particularia magna ac inusitata
que egit. Nam. iij. Reg. xvij. c. dicit q̄ dissipauit excelsa. et
contriuit statuas ⁊ lucos succidit ⁊ confregit serpētem eneus
quē fecerat moyses: cuius causa subditur. Siquidem vsq̄ ad
illud tps filij israel adolebant ei incensum. Eo q̄ in aspectu
illius filij israel fuerunt sanati a moribus serpētum: vt habe-
tur numeri. xxi. c. Iterum. iij. Reg. xix. c. Et ysaie. xxxvij. c. di-
citur q̄ ad p̄ces eius angelus dñi vna nocte percussit. clxxxv.
milia viroū de exercitu senacherib. Et iterū ad p̄ces eius ora-
uit ysaias ⁊ retrocessit sol decē lineis in horologio Achaz per
quas descenderat: vt habet ysaie. xxxviii. c. Et. iij. Reg. xx. c.
Plura alia admirāda ezechias egit: in quibus nemo ex regib;
p̄t dici similis illi. Sunt igitur tres reges qui valde placue-
runt dño p̄pter religiositatē suam: q̄ pp̄los suos induxerunt
ad penitentia ⁊ ad cultū vnius veri dei destruētes cultū ydo-
latrie. Hi sunt David Ezechias: ⁊ Josias. In quorum laudem
dicit Ecclesiastici. xlix. c. p̄ter dauid Ezechiam ⁊ Josiam oēs
p̄ctm̄ cōmiserunt. Intellige de p̄ctō ydolatrie v̄l in se v̄l in a-
lijs: q̄ clare constat q̄ nec dauid nec ezechias possunt excusa-
ri a ceteris p̄ctis de quibus hic supra mentio facta est. Hec de
rege ezechia dicta sufficiant.

¶ Exemplum de rege Nabuchodonosor qui post innumeras
biles impietates depositus fuit a dignitate regia ⁊ rabidus
ac demens effectus est. Sed tandem eleuans oculos ad celus
in recordatione pp̄rie iniquitatis ingemuit: sicq̄ salutem ade-
ptus fuit.



Sperest vt videamus de tertio

rege. s. Nabuchodonosor qui post multa scelera et peccata recognouit seipm. Nam penitentiam suam agens tantas fudit lacrimas quod et nimis fletibus oculi eius quasi caro facti sunt: vt inquit magister hystoriarum. Sic igitur Nas

buchodonosor instm fuit diuine iusticie. Vir bellicosissimus fortunatissimus ac victoriosissimus quem deus fecit virga furoris sui ad flagellandum populum israhel ac gentes plurimas. In hieremie xxx. c. Dominus vocat eum seruum suum. d. Hec dicit Dominus deus exercituum Pro eo quod non audistis verba mea. Ecce ego mittam et assumam nabuchodonosor regem babilonis seruum meum super terram istam et super habitatores eius: et super omnes nationes que in circuitu illius sunt. Nota quod in istis verbis nabuchodonosor qui erat ydolastria et gentilibus dicitur seruus dei in quantum exequatur diuinam iusticiam. Hinc hieronymus in. v. li. explanationum hieremie prophete ad Eusebium. super hoc passu dicit sic. Dominus vocat seruum suum nabuchodonosor non sicut seruus vocatus vt prophete et omnes sancti qui vere seruiunt domino. Sed quo in euerfione hierusalem domini seruiat voluntati. Secundum quod et apostolus loquitur quos tradidit sathane vt discant non blasphemare. In aquilonibus autem parte esse caldeos iuxta situm hierusalem nulli dubium est. Hec Hieronymus. Propterea diuersimode scripture sacre loquuntur de illo nunc bona: nunc mala. Cuius gesta in plenisque locis habentur: si gnanter in lib. Iudith. i. ij. iij. et. v. c. Et iterum in. iij. libro Reg. xiiij. et. xv. c. Etiam in. ij. lib. paral. xxvi. ca. Iterum in iij. libro Esdre. i. ca. Et danielis. i. ij. iij. et. iij. ca. Sed quicquid dicatur de eo. hoc verum est quod nabuchodonosor excecatus superbia istud opus ministerij dei sic ordinatis voluit attribueret sue potentie faciens ex arrogancia et elatione atque odio personarum quod facere debuisset ex obedientia dei tamen: ideo fraudulenter se habuit in officio suo. Propter quod hieremie. xlvij. c. dicit sic. Maledictus homo qui facit opus dei fraudulenter. Et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. hec ibi. Intellige quod ille qui parcat iniuste per ultionem quam iubet deus ex equi dicitur maledictus vt exponit Robertus Holcoth. Sic nabuchodonosor putauit contra Arphaxat regem medorum qui subiugauerat multas gentes imperio suo quem in campo magno circa eufraten ex toto debellauit. Ideo ex tam solenni victoria exaltatum est regnum nabuchodonosor et cor eius eleuatum est nimis. Tandem post plurima bella obtinuit puincias

c ij

Miranda dicunt de Nas buchodonosor.

Magister hystoriarum



Nabuchodonosor fuit bellicosissimus: et fuit flagellum dei.

Nota oia.



Hieronymus.



Scriptura sacra diuersa loquitur de nachodono. Nota totus.



Jeremias.

Nabuchodonosor pugnavit contra arphaxat et debellavit eum.

Judith:



Nabuchod. elenat in su perbiā & q̄ rit diuinum honorem.

Daniel.

Nabuchod. fecit statuaz aureā & que rit in ea adorari.

Hieronym. Josephus d̄ Bayo Lesa: re.



Josephus. Nabuchod. humiliatur. Daniel.



Quanta fue rit supbia na bnchodono. Vox de celo irruit sup na buchodo. Nabuchodo noso: efficit rabi⁹ & con uertit in be stiam: & quo

& regna multa. Et sicut habet Judith. ij. c. Timor illius ceciderat sup oēs inhabitātes terrā. S; q; terrena p̄speritas facit plerūq; hoīem a rōne deuoluere & soluit humanas mētes. Idcirco nabuchodonoso: postq̄ adept⁹ est monarchiā totius oriētis: elatus in maximā supbiā ruit in mētis cecitatē: sic vt nō erubuerit diuinū sibi honore vsurpare. An Judith. iij. ca. dicit q; ipse p̄cepit oēs deos terre exterminare vt ipse sol⁹ diceret deus. Et danielis. iij. ca. scribit. Qualiter nabuchodonoso: fecit statuaz aureā. lx. cubitorum quā statuit in campo puincie babilonis: vt a cunctis pplis tribubus & linguis adozaret. Intellige hic q; ideo hoc fecit vt ipse in illa statua adozaretur: vt exponit hiero. Unde in explanatione sup danielē pphetam ad Pammachiū & Marcellā: sup illud danielē iij. c. Nabuchodo. fecit statuā aureaz: dicit sic. Velox obliuio veritatis vt qui dudū seruū dei quasi deum adozauerat nunc statuā fieri sibi iubet vt ipse adozet in statua: q; aut aurea sit & infiniti pōderis illud in causa est vt stuporem videntibus creet & res inanis adozet vt deus: dum vnusq; suā consecrat auaritiā. hec Hiero. Sic de Bayo cesare refert Josephus in xvij. li. antiquitatis Judayce. c. xvi. q; p̄ magnitudie dignitatis humanū pdidit intellectum & sese volebat diuinitate q̄ vera ē honorari. & in. c. xix. eiusdē libri scribit Joseph⁹: q; idē Bayus impator: iussit vt simulachiū eius erigeret in templo dei Ierosolymis: quīs hoc scelus nō p̄fecerit Bayus vt dicit ibidē. Et q; pctm̄ idolatrie est oīm pctōrum grauissimū ac p̄ maxime deo exosum. Idcirco deus q; excelsus est: & humilia respicit: hūc supbissimū regē deposuit a sede magnitudinis: sue Et qui p̄sumpsit fieri deus fact⁹ est bestialis. Nā teste danielē. iij. c. Cum semel Nabuchodo. in aula babilonis cum p̄ncipibus ac militibus pluribus deambularet: & velut alter Lucifer erectus in supbiā dixit. Nonne hec est Babilon ciuitas magna quā ego edificauī in robore fortitudinis mee & in gloria decous mei: quasi dicat. Quid mihi par in orbe toto? Quis resistere? Quis nocere? Quis deicere me poterit? Cum adhuc sermo esset in ore eius. Et ecce vox de celo publice cunctis audientibus irruit sup eū dicēs. Tibi dicit nabuchodonoso: Regnum tuū transibit a te & ab hoibus eiicient te: & cū bestijs et feris erit habitatio tua. Fenū. quasi bos comedes: & septē tpa mutabunt sup te donec scias q; dñes excelsus in regno hoīm & cuiusq; voluerit det illō. Danielis. iij. c. Tunc subito eadē hora alienatus mēte demens: furens ac rabidus effectus est: & ab hoibus abiectus & fenū vt bos comedit donec capilli ei⁹

in similitudinem aquilarum crescerent: qz nō tondebaf ⁊ vngues eius quasi vngues auū. Itaqz quicqd p Danielē denuntiaturum fuerat ad puruz cōpletum est. Vnc hiero. in explanatione sup Danielē. iiii. c. dicit sic. hystoria quidē manifesta est ⁊ nō magna interpretatione indiget q ad offensam dei Nabuchodo. versus in amentia septē annis inter bruta aialia vixerit ⁊ herbarū radicib⁹ alitus sit ac postea misericordia dei restitutus in regnū: laudauerit ⁊ glorificauerit regē celi: qz oia opa eius vera ⁊ iue eius iudicia ⁊ gradiētes in supbia pōt humiliare. Hec hiero. ¶ Circa hanc hystoriā ac tā stupendā nouitatē factā de isto Nabu. q a celsitudine regie dignitatē tantā miserā egestatē ac feritatē puerus ē. occurrūt mlte dubietates Et pmo cū esset rer potētissim⁹ hñs amicos p sanguineos: seruos principes ac milites innumerabiles quō pmissus est tanto tpe discurrere p siluas ⁊ cāpos: cur saltem nō fuit a paucis pibus ac militib⁹ suis reclusus in aliquo loco: vlt ligat⁹ vt de centius ob regiam dignitatē cōseruaret. Pro responsione. Nota q hec hystoria vera est vt dicunt oēs doctores catholici. Nec est locutio pabolica vt quidam heretici dicere psumperunt: quos pulchre ac valide reprobat hieronym⁹ in explanatione sup Danielē. iiii. c. Quia ergo Nabuchodo. felicitate rerū pseraz deprauat: atqz ex supbia in totū excecatur fuit. adeo vt nec regiam dignitatē: nec dñum suū a dño recognosceret: s; potius insanies diuinū sibi honorē vsurpauit. Idcirco vt cuncti reges ac pncipes suo exēplo totā virtutē sui dñi dependere a dño deo tanq sui ministri firmiter crederent: repente in dementiā cecidit: ⁊ sm suā ymaginationē in bestiam transfatus est. Intellige hic: qz videbat sibi q esset bestia. Nō ergo corporis mutationē: sed mentis alienationem passus est vt exponit hieronimus sup Danielē: ⁊ sanctus Thomas ad reges cypri in. ij. li. de regimine pncipum. c. xvi. Idē dicit magister hystoriarū adiungens q etiā ablatu fuit ei vsus lingue ad loquendū. Quanta autē fuerit illa dementia ostendit hieronymus in explanatione sup Danielē. c. iiii. vbi dicit sic Magna miserie cōsolatio qm in tormentis positus scit psera securura: qm Nabuchodonosor tanti furoris sit: ⁊ amentie vt malorum tpe bonoz que ei deus pmiserat nō fuerit recordatus. hec hieronymus. ¶ Quare aut nō fuerit reclusus ab amicis vlt seruis suis in cōpedibus aut ligatus cathenis vt solent furentes ac dementes. Dicitur ad hoc q daniel qui florēbat illis diebus publice cunctis pplis diuulgabat vt sup taz grandi nouitate facta in rege suo nullomodo admirarentur.

c ij

hoc intelligitur.

Hieronym⁹.



Sup ista hystoria mouetur dubia Questio.



Responsio questionis.

Hieronym⁹: Humiliatur nabucho. vt regib⁹ ac pncipibus daretur exē plūm

Hieronymus ⁊ sanct⁹ thomas. Magister hystoriarum: Hieronymus



Questio. Daniel florebat tpe Nabuchodono.

Daniel p̄di-
xit oia q̄ eue-
nerunt nabu-
chodonosor.

Questio;

Hieronymus.
Furiamutat
naturā hoīs.
Hieronymus.



Pp̄li mira-
bant de Nabu-
chodonoso-
ro.

Magister hi-
storiarum.



Magister
hystoriarum

Quia omnipotens deus qui est rex regum et dominus dominantium: hec oia iuste promisit evenire illi ut seipsum recognosceret: quia scriptus est. Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum deus. Ideo solet dominus deponere potentes: de sede et exaltare humiles. adiciens quod tandem pacta penitentia in regnum restituerent. Nam quicquid ubi habundavit peccatum superabundat divina gratia. Suadebat quoque ne illum recluderent aut ligarent: sed per campos et silvas discurrere permitterent. tum ut compleret oraculum vocis prophetice tum quia dominus curam sui gereret ne a bestiis occideretur. Etiam cum esset furibundus ac demens forsitan ex ligamine aut constrictione egritudo ipsa magis gravari posset. Si autem aliquis quereret quomodo credibile est quod nabuchodonosor tanto tempore comederet fenum vel herbam quasi bos: cum fuisset more regio delicate nutritus. Responde sic. Illa furibunda rabies a qua detinebatur sic ipsum immutavit ut quae prius erant ei aspera ac difficilia in tali demetia essent grata atque facilia. Furia enim secundum hieronymum ubi supra: facit hominem multa agere et pati. Dicit enim furia a ferio: quia ferit corda hominum et reddit ea commota. Ideo aliqui sunt delectabilia hominum furioso quam sano sunt horribilia. Hinc hieronymus in explanatione super danielē. iiii. c. dicit sic. Quis enim amentes homines non cernat instar brutorum amentius in agris vivere: locisque siluestribus: et ut cuncta preteream cum credibilia: et grece et romane hystorie accidisse hominibus prodiderint. Sillam quoque et chimera ydeas quoque atque centauros: aves: et feras: flores et arbores: stellas et lapides factos ex hominibus narrat fabule. Quid mirum est si ad ostendendam potentiam dei et humiliandam regum superbiam: hoc dei iudicio sit patratum: hec hieronymus. Videmus etiam mulieres pregnantes in quibus est deo indita nata natura: comedere nociva: ut carbones et terram et plura alia immunda et corrupta. Cogita insuper qualiter principes ac milites: necnon populi omnes videntes dominum suum quasi monstrum stabant stupefacti. Ideo dicit magister hystoriarum quod multi egrediebantur: et videbant eum per campos et silvas discurrere. Solus daniel non egrediebatur: quia toto tempore alienationis eius orationi pro eo vacabat. Principes quoque suos hortabatur: ut clementer populos regerent usquequo in regnum restituerent. Iterum magister hystoriarum subiungit quod ad preces danielis anni septem quos totidem dixerat tempora in septem menses versi sunt. In quibus xl. diebus insaniam patiebatur: et post alios. xl. reuersus ad corpus suum flebat ac supplicabat deo. Et iterum per alios quadraginta reuertebatur in insaniam donec septem menses complerent. Post quos reuocatus est. Non tamen regnavit: sed statuti sunt pro eo

septē iudices ⁊ vsq; ad finem septē annoꝝ p̄niam egit. Panē ⁊ carnē nō comedens ⁊ vinū non bibens leguminibꝫ tantum vtebatur ⁊ herbis iuxta p̄siliū danielis: hec magister hysto-
riarū. Tandē cōpleto septē annoꝝ spacio nabuchodonosor se
ipsum vere humiliavit. Ideo tam oculos corporis q̄ mentis
leuauit ad celū atq; in recordatione suarū iniquitatum inges-
muit. Vnc hieronymꝫ in explanatione sup danielē dicit sic.
Nisi oculos leuasset ad celū sensus pristinū nō recepisset. Quā
do autē dicit sensum sibi redditū ostendit nō formā se amisisse
sed mentē. hec hieronymꝫ. Idcirco de restitutione sui in gra-
dum pristinū ipse nabuchodonosor de se ira inquit vt scribit
in danielē. iij. ca. Igitur post finē dierū ego nabuchodonosor
oculos meos ad celū leuauit: ⁊ sensus meus redditꝫ est mihi ⁊
altissimo benedixi. ⁊ viuente in sempiternū laudauit ⁊ glouifi-
caui: q; p̄tās eius potestas eterna. in ipso tpe sensus meus re-
uersus est ad me ⁊ ad honores regni mei decorēq; perueni. Et
figura mea reuersa est ad me. Et optimates mei ⁊ magistratꝫ
mei requisierūt me ⁊ in regno meo restitutus sum: ⁊ magnifi-
ne legis pulchre explanata ac distincta peruersus. Quis vero hec carmina ediderit ego nescio: hoc vere scio qd fuit vir in diuinis scripturis eruditissim' ac seculariu litteraru non ignar' qd breuiter ac dilucide oia ⁊ singula apprehendit que necessaria sunt ad legitime rememorandū oēs trāsgressiones diuine legis. Et scio qd auctor eorū antiquus est ei faciendus ac vir magne auctoritatis. Unde splendor ecclie Thomas plerūq; hos versus in scrip'd suis p auctoritate adducit. Et p̄cipue in. iij. lib. senten. dist. v. vbi mouet dubium. Utrum ille solus qd accipit rem alicui' ad restitutionē teneatur. Ibi em̄ allegat duos versus septimi precepti: sic dicens. Quidā versus dantur de illis qui tenentur ad restitutionem tales.

Iustio: consiliū: consensus: palpo: recursus.

Participans: mutus: nō obstās: nō manifestās. hec thomas.

Quomodo etiam ista duo carmina intelligantur: i. dem.

Thomas pulchre explanat. Idcirco totis reassumptis virib' suadeo vniuersis qui scripta nostra dignabuntur perlegere vt tam pro reuerentia diuine legis q̄ eius qui edidit atq; pro necessitate: proprie salutis hec carmina nō solum in scriptis: sed in memoria caro corde retineantur. Super primo ergo precepto dicitur sic.

Qui colit extra deum vel sanctos: quodq; creatum.

Articulos fidei negans: si spemq; relinquit.

Voti transgressor: vel qui, mortalia vouit.

Et tardans nimiū: spernens implere promissum.

Siue malo vouens: ac p se vota refringens.

Incantans: faciens fieri breuia: ⁊ malefactor.

Inuenit atq; docens: adiscens: medius extans.

Aut orans obseruat somnia: sortibus vtens.

Blasphemansq; deum: qui murmurat vel maledicit.

Vel nō posse refert: sed despicit: accipit ipse.

Libans vt faciat mala: prauus preterit iste.

Unum cole deum si sic mortaliter egit.

Hec de primo precepto dicta sufficiant.

De secūdo precepto diuine legis.



Secundū preceptum diuine legis

scribit in li. Exo. xx. c. sic. Nō assumes nomē dñi dei tui in vanū. Sup q̄ p̄cepto; doctores catholici diuersa scribūt. Tu vero ad pleniorē intelligētiā nota sub b: euib' aureā sentētiā sancti Thome in. ij. q. cxxij. arti. iij. vbi

Sanct' tho.

Non phibe-
tur qlibet af-
sumptio di-
uini nois.



Nec phibet
ois iuratio.
Jeremias.

Quid phibe-
tur i isto pre-
cepto fm san-
ctū thomā.



Nora pul-
chrā explana-
tionem.
Hebraice.
Grece.
Latine.
Sanctū tho.



Assumendū
est nomē dei
ad magnifi-
candū multi-
pliciter.

Explanaſ h
preceptū p
mo ſpūalī.



querit. Utrum ſecūdum preceptum decalogi cōuenienter tra-
datur. Nam dicit q̄ p̄ iſtud preceptū nō prohibetur quelibet
aſſumptio diuini nois: q̄ ipſa poteſt multis modis laudabi-
liter aſſumi vt vtz in diuinis laudibus: orationibus: benedi-
ctionibus: ⁊ alijs cerimoniaſ eccleſie tam in p̄dicationibus q̄
exhortationibus. Nec etiam phibetur in hoc p̄cepto ois iura-
tio p̄ nomen dei: q̄ ipſa etiam multis modis pōt bene fieri ſi
cut in neceſſitate ad alicui⁹ rei p̄firmationē ⁊ cum cautela de-
bita. ideo Jeremie .iiij. c. Et iurabis viuūt dñs in veritate et in
iudicio ⁊ in iuſticia: ⁊ benedicēt eū gentes ipſumq̄ laudabūt
Nec ibi. Tunc em̄ fit reuerentia deo. Propterea ſcipitur Deus
terono. vi. c. ſic. Dñm deū tuū timebis ⁊ illi ſoli ſeruiēs ⁊ p̄ no-
men illius iurabis. Sed in iſto p̄cepto phibetur pprievana
aſſumptio diuini nois: vt dicit ſctūs Thomas. quando ſc̄z di-
uinū nomen aſſumitur ad p̄firmationē humani verbi: p̄ mo-
dum iuramenti vani. Pōt tamen ex p̄ſequēti jintelligi q̄ phi-
beatur in hoc p̄cepto ois inordinata nois diuini aſſumptio.
Cum ergo d̄r. Non aſſumes nomen dñi tui in vanū. nō de-
bes jintelligere q̄ iſtud preceptū ſit ſolum de hoc noie deus: ſi
intellige de omi noie quo deus nobis innotefcit: aut hebraice
vt cū d̄r. tetragramaton: heloym: ſabaoth: adonay: helion. Aut
grece cum dicim⁹ agyos: theos: athanatos. Aut latine dicēdo
oipotens: redemptor: creator: gubernator: ſaluator. Et ideo no-
ta ſm̄ Thomā vbi ſupra. in reſponſione ad. v. arg. q̄ oibus no-
minibus dei maxima debet reuerentia ex parte rei ſignifica-
te que eſt vna p̄tinens oē bonū ⁊ omnē p̄fectionē. Non autēz
rōne vocū ſignificantū que ſunt multe. Et ideo ſingulariter
ait dñs. Nō aſſumes nomē dei dñi tui in vanū: q̄ nō differt p̄
quodcūq̄ nomen dei: periuriū comitatur. Nec thomas. Laue
ergo o p̄ctō: ne aſſumas in vanū nomē creatoris tui: ſed multo
potius aſſumendū eſt ad valde honorādū ac magnificandū.
Eū ſit magnū ad timendū: ſanctū ad venerandū: dulce ad
meditandū: copioſum ad miſerendū: efficac̄ ad impetrandū:
virtuoſum ad ſaluandū: ⁊ occultū ad ſciendū. ideo Eſa. xliij.
ca. d̄r. ſic. Ois qui inuocat nomē meū: in gloriā meā creauī eū:
formaui eum ⁊ feci eū. ⁊ ad Roma. x. c. Ois quicūq̄ inuocau-
erit nomē meū ſalu⁹ erit. Conſequēter ad maiorē jintelligen-
tiam hui⁹ precepti ſcire debes q̄ tripliciter pōt expōni. Et p̄
mo ſpūaliter referendo ſ̄ba ad cor: ⁊ ſic corde pōt nomen dñi
aſſumi in vanū. Sicut faciunt pueri xpiani. q̄ tñ noie ſine re-
dicūtur xpiani. Quia lz ſacramēta ecclie recipiant: tñ rem ſa-
cramēti nō h̄bēt. ſ. gr̄am. Tales q̄ aſſumūt nomen dñi noſtri

iesu xpi in vanum: qz eum xpianus dicat a xpo frustra ac vas
 ne nomen xpianitatis assumere dicunt. ex eo qz fides xpiane
 religionis nō habet in corde. De qbus p ysaiam dicit. Dic po
 pulus labijs me honorat: cor aut eoz lōge est a me. Vinc Au
 gu. in libello de duodecim abusionū gradib⁹ qui liber a qbus
 dam ascribit hugoni de scō victore. Alij hō attribuūt Lypria
 no. Ibi em dicit sic. Xpianus nois xpi similitudinem tener: mo
 rum quoqz similitudinem habere dz. Ideo xpianus nemo recte
 dicit nisi qui xpi morib⁹ coequat. hec ille. Iterū in li. de do
 ctrina xpiana. Augu. ita inquit. Xpiani nomē ille frustra soz
 titur qui xpm minime imitat. Quid em pdest vocari qz non
 es: et nomē vsurpare alienū. Sed si xpianū te esse delectat que
 xpianitatis sunt gere: et merito tibi nomē xpiani assume. hec
 Aug. **¶** Scō istud pceptum exponi pōt l'aliter referēdo ver
 ba pcepti ad os. Cum g dicit. Non assumes nomē dñi dei tui
 in vanū. Intellige qz p hec verba phibent nobis duo pncipa
 liter. s. piurium et iuramentū qd fit sine causa. Qui em iurat p
 nihilo peccat graviter: qz noiāt summā veritatē sine causa. iō
 scire debes qz ille qui iurat vey sine iudicio discretionis ex ali
 qua animi leuitate. In tali iuramēto nō est vanitas ex parte
 ipsius iuramēti: qz vey est: s; est vanitas ex pre iurātis. Et iā
 ille qui facit iuramēta ex certa sciētia sine legitima causa: p
 cipue que sonāt quasi blasphemā: vt qñ quis iurat p corpus
 vel p sanguinē dei: et similia. Aut que sonant irreuerentiam: si
 cut cū quis iurat p vulnera aut p plagas xpi: talia iuramēta
 vident mortalia. Etiam si verū est qd iuratur. Et ideo veritas
 ait Mathēi. v. c. Audistis qz dictū est antiquis: nō piurabis
 Ego aut dico vobis non iurare oīno. Nota qz xps in his ver
 bis pposuit negationē signo vniuersali affirmatiuo. Ideo cū
 dicit nō iurare oīno: sensus est nō iurare omnimode: v; nō iur
 rare in oī casu: qz nō debet fieri iuramentū leuiter: sed cum di
 scursu rōnis. Si aut xps dixisset: oīno nō iurare: cuz ibi nega
 tio sequat signus vniuersale esset sensus qz in nullo casu esset
 iurandū. Debemus aut cauere a iuramentis si volumus in vi
 ta proficere spūali. Et rō huius est h̄m sanctum Tho. in opu
 sculo de decem pceptis: qz in nulla parte ita fragiles sumus
 sicut in lingua. Propterea Jaco. iij. c. dicitur sic. Omnis enim
 natura bestiarū et volucrum et serpentū et ceterorum domant et
 domita sunt a natura humana. linguam aut nullus hoim do
 mare potest. Hec ibi. Nam homo de leui deierare posset. hinc
 veritas Mathēi. v. ait. Sic aut sermo vester est est. nō nō: qd
 aut his habundātius est a malo est. Hec ibi. Est em iuramen

Augustinus

Augustinus



Scō expla
 natur hoc p
 ceptum litte
 raliter.

Nota de illo
 qui iurat ve
 rus sine iudi
 cio discretio
 nis.



Quō intelli
 gitur verbis
 xpi. s. non iu
 rare oīno.

Sanct⁹ tho
 mas.
 Jacobus.

Mathēus.



Ecclesiasticus

Sanctus tho.
Nota de iuramento.In isto p̄cepto
dicitur p̄hibetur
nobis periu-
rium.

Zacharias.

Sanctus tho.
Qui iurat
falsum facit
iniurias deo
sibi ip̄si: et ho-
minibus.

Paulus.



Paulus.

Tertio istud

tum sicut medicina: ut dicit Thomas que non semper accipitur nisi in necessitate. Idcirco ecclesiastici. xiiij. c. dicit sic. Juratio non assuescat os tuum: multi enim casus in illa. Noctatio vero dei non sit assidua in ore tuo: et nominibus sanctorum non admiscearis quasi non eris immunis ab eis. Recibi. Sed nota secundum Thomam ubi supra quod quis aliquando iuret per creaturas. tamen sciendum est quod in omnibus his non iuratur nisi per deum. Cum enim iuras per aliam vel per caput tuum: nil aliud est quam animam obligare pene iniuste a deo. Item cum iuras per euangelium: etiam iuras per deum qui dedit euangelium: et sic de ceteris iuramentis. Et ideo peccant graviter qui iurant per deum de facili: aut per euangelium. Et breviter quicumque dicit aliquid contra gloriam dei assumit nomen dei in vanum. Consequenter cum dicit. Non assumes nomen domini dei tui in vanum. In his verbis prohibetur nobis directe per iurium. Et ideo quando nomen domini assumitur ad confirmationem falsitatis: tunc directe assumitur in vanum. Dicitur Zacharie. viij. c. dicit. Iuramentum mendax ne diligas. Et iterum. xij. c. Non viues quia mendacium locutus es in nomine domini. Etiam in lege moysi prohibetur iuramentum falsum. Unde Deuteronomo. v. c. dicitur sic. Non usurpabis nomen dei tui frustra: quia non erit impunitus qui super re vanam nomen eius assumpserit: hec ibi. Nota ergo secundum Thomam in opusculo de decem preceptis quod ille qui iurat falsum facit iniuriam deo: sibi ip̄si: et omnibus hominibus. Primo quidem facit iniuriam deo: quia cum iurare nil aliud sit quam deum testem invocare: ideo cum quis iurat nihil aliud facit nisi quod invocatur eius testimonium. Cum ergo iuras falsum aut credis deum nescire verum: et sic ponis ignorantiam in deo. Cum tamen omnia nuda et aperta sint oculis eius: ut dicitur ad Hebræos. iij. capitulo. Aut credis quod diligat mendacium: cum tamen odiat ipsum: iuxta illud David. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Aut derogas potentie sue: quasi non possit testimonium reddere: vel quasi non possit de eo punire. Secundo qui iurat falsum facit iniuriam sibi ip̄si: quia talis obligat se iudicio dei: quod nihil est aliud dicere per deum ita est: nisi quod deus puniat me si ita non est. Tertio qui iurat falsum iniuriatur omnibus hominibus: quod nulla inter aliquos societas durare potest nisi credant sibi invicem. Dubia enim iuramenti confirmantur. Unde Paulus ad Hebræos. vi. ca. ait. Omnis controuersie finis ad confirmationem est iuramentum. Et sic patet quod qui iurat falsum iniuriatur deo: et est crudelis sibi et noxius est hominibus. Tertio istud preceptum exponitur principaliter referendo

illud ad opera veritatis. Euz em operamur ea que gloriā dei manifestant: tunc adimplemus hoc pceptum: iuxta illud **Mat. v. ca.** Sic luceat lux vestra coram hoibus vt videant opa vestra bona et glorificent patrē vestrum qui in celis est. Contra rium faciunt quidam de quibus Paulus ad Roma. ij. ca. ait **Nomen dei p vos blasphematur inter gētes.** Tales sunt hypocrite qui assumunt nomē sanctitatis in simulatione opis exterioris nō in puritate cordis. Ideo nomē xpi in vanum assumunt: qz vt dicit **Mat. vi.** receperunt mercedem suā. hinc Paulus ad Colocen. ij. c. ait. **Omne quocumqz facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine dñi nostri iesu xpi gratias agentes deo et patri p ipm:** hec ibi. Et sic patet de secundo pcepto. Sed qz multis varijsqz modis labunt homines ad iuramenta vana et periuria. Ideo vt magis ac magis cōscientiam tuam purgare atqz discutere valeas obserua cautius oia et singula que explicant p auctorem incognitū in explanatione huius pcepti. Unde dicit sic.

Qui cantans: fabulans: trufans: vel turpia dicens.
Despiciendo deum: nominat sanctos: sacra spernens.
Judicio iurans: mendax inductor ad illud.
Periurans: dubium iurans: mortalia iurans.
Iurans cumqz tamen nolit seruare pmissum.
Per crucem: atqz fidem: sanctos: animamqz: deumqz.
Adiurans: dicens mendaciter: atqz iocose.
Et per membra dei: sanctorum euangeliorum,
Juducens falsum: iurantem quisqz scienter.
Aduertens. frangit: ne iuret vana per ipsum
¶ De tertio pcepto diuine legis.

pceptum ex
planat cetero
do ad op' ve
ritatis.
Matheus:
Paulus.

Paulus:

**Versus sup
hoc pcepto:**



Quamuis altitudo diuine sapiētie

in omnibus creaturis et operibus suis reuiscat. Potissime tamen ostenditur in mirabili ordinatione pceptorum decalogi. Ideo sicut **Thomam in. ij. q. cxxij. articulo. iij.** Et iterum in opusculo de decem pceptis: vt homines in cultu vere religionis instruerent dedit dñs decem pcepta moysi in duab' tabulis lapideis scripta: quoz tria prima pme tabule pntinet ad amorē et dilectionē dei. Et qz necessesse est vt pfecte diligam' dñm deū nostrū corde ore et ope. Idcirco vt eū corde pfecte diligere valeamus: ordinat primum pceptum in quo phibetur cultus falsorum deoz: cum dicitur **Non habebis deos alienos coram me.** ¶ Secundo necesse est

Sanct' tho.

Nota de tribus pceptis prime tabule.



Dies dñica
pōt dici dies
sabbati.

Istud prece-
ptuz exponi-
tur quattu-
or modis.
Pr̄a expla-
natio l̄alis.
Sensus l̄as
lis est funda-
mentū alioꝝ
sensuum s̄m
sc̄m̄ thomā.



Sanctus
Thomas.



Quare custo-
ditur dies
sabbati



vt diligamus deum ore ⁊ quo ad hoc datur s̄m̄ preceptum .s.
Non assumes nomen dñi dei tui in vanuz. Tertio tenemur
deum diligere: nō tm̄ verbo aut lingua: sed opere ⁊ veritate:
⁊ p̄pter hoc ordinatū est tertium p̄ceptum qđ quidem scribitur
Exodi. xx. c. sic. Abstinento vt diem sabbati sanctifices. Di-
cunt aut̄ illa sanctificari in lege que diuino cultui applicant.
Cum ergo in sabbato iubeat dñs vt homo vacet rebus diuini-
s: ideo sanctificari dicit. Sed qđ sabbatum interpretatur res-
quies: ideo quelibet dies dñica pōt dici dies sabbati: ⁊ simili-
ter quelibet dies statuta ad venerationē diuinam: in quibus
cessandū est ab opibus seruilibus. vt infra dicemus. hinc hic
ronymus in sermone de die dñice resurrectionis ita inquit.
Astra oīa ⁊ elementa letant ⁊ que patiēte dño p̄prium lumē
retraxerant ⁊ fugerāt: ⁊ noluerant suū creatorē aspicere cruci-
fixum. Nunc victorē illuz ⁊ ab inferis resurgentem suo si dici
pōt fulgore ⁊ suo p̄sequunt officio. Et iterū ibidem subiungit
Hierō. sic. Quō maria virgo mater dñi inter oēs mulieres p̄-
cipatum tenet. Ita inter ceteros dies hec oīm dierum mater
est. hec Hierō. Nota ergo p̄ recreatione languētis aie qđ istud
tertium preceptum diuine legis pōt exponi quattuor modis.
Pr̄mo s̄m̄ sensum litteralē. Est em̄ sensus litteralis s̄m̄ san-
ctum Thomā in .i. parte. q. i. ar. x. Fundamentū alioꝝ sensuum
ex quo solo pōt trahi argumentū: nō aut̄ ex his qđ s̄m̄ allegoriz-
am dicunt: vt dicit Augu. in epla cōtra Vincentium donatis-
tam. Sic igitur s̄m̄ sensum litteralē dies sabbati p̄cipit san-
ctificari ad representandum opus creationis mundi: a quo res-
quiesuisse dicit deus septima die. In cuius signum dies septi-
ma mandat sanctificāda id est deputanda ad vacanduz deo.
Et ideo in li. Exodi. xx. c. describit p̄mo p̄ceptum de sanctifi-
catione sabbati cum dicit. Abstinento vt diem sabbati sanctifi-
ces. deinde assignatur rō cū subiungit sic. Sex em̄ diebus fe-
cit deus celū ⁊ terram mare ⁊ oīa que in eis sunt: ⁊ requieuit
in die septimo. hec ibi. Et sicut dicit sanctus Tho. in opuscu-
lo de decem p̄ceptis. Prouidit sp̄s sanctus qđ futuri erant ali-
qui p̄bi siue heretici qui essent dicturi mundū semp̄ fuisse. Et
idcirco voluit deus vt custodiret vnus dies ebdomade in me-
moriā qđ deus oīa creauerat in sex diebus: ⁊ in septima die
requieuit: id est cessauit a nouis creaturis condendis. Unde
Exodi. xx. c. dicit. Sex dieb⁹ opaberis oīa opa tua. Septimo
aut̄ die sabbatū dñi dei tui est. Nota hic qđ iudei in memoriā
p̄me creatōis: qñ. s. creauit deus celū ⁊ terrā ⁊ oīa que in eis
sunt celebrant sabbatū. Sed veniens x̄ps in carnē fecit nouā

creationem. Et ideo p̄ primam creationē homo terrenus creatus est: p̄ sc̄dam homo celestis effectus est. Et̄ Paulus ad Galathas. vi. c. ait. In xp̄o iesu neq̄ circumcisio aliquid valet neq̄ p̄putius: sed noua creatura. Que quidē creatura incepit in resurrectione xp̄i: vt dicemus. ¶ Sc̄do istud p̄ceptum p̄t ex: poni s̄m intellectū mysticum v̄l sp̄ialem. Nam sabbatum interpretat̄ quietes: et sic sp̄ialiter significat cessationem ab actu peccati et quietem m̄ris in deo. Et aut̄ puri et quieti cū deo stare valeamus a tribus cauere debemus: put colligif ex dictis beati Tho in. ij. q. cxxij. ar. iij. in responsione ad. iij. arg. Et iterum in opusculo de decem p̄ceptis. ¶ Primo debem⁹ caue- vere opus peccati. Et quis peccatum omni tpe phibeat magis tñ in die sabbati: q̄ opus peccati est magis seruire q̄ q̄d cumq̄ opus corpale quis licitum. Homo em̄ magis impedit a rebus diuinis p̄ opus peccati q̄ p̄ opus corporale: intellige hic de pctō mortali: de quo dicit Jo. viij. c. Qui facit pctm̄ seruus est peccati. Nam qui facit pctm̄ veniale in sabbato non facit cōtra hoc p̄ceptum: q̄ veniale pctm̄ nō tollit gratiam: s̄ qui peccat mortaliter in die festo facit duo mala cōtra hoc p̄ceptum: q̄ offendit deum et operando et peccādo. Qui em̄ fornicatur in die festo facit p̄tra duo p̄cepta. s. nō mechaberis: et cōtra istud de sanctificatione sabbati. Hinc Augu. in li. de decem cordis inta inquit. Melius faceret iude⁹ in agro suo aliq̄ quid vtile q̄ si in teatro seditiosus existeret. Et melius festi- mine eoz die sabbati lanam facerent q̄ q̄ tota die in neome- nys suis impudice saltarēt. Nec Aug. ¶ Secundo debem⁹ in sabbato cauere ocīū et negligentia: q̄ vt dicit Ecclia. xxvij. ca. Multa malicia docuit ociositas. Et Hiero. ad rusticū mona- chum in epla q̄ incipit. Nil a xp̄iano felicius dicit sic: fac ali- quid opis vt te semp dyabol⁹ inueniat occupatū. Et iō debe- mus occupari diebus festiuis in opibus sp̄ialibus: q̄ vt dicit sc̄tus Tho. in. ij. q. cxxij. ar. iij. in r̄sione ad. iij. arg. Nullus sp̄ialis actus exercitū est cōtra obseruationē sabbati: puta si q̄s doceat verbo v̄l scripto: v̄l baptizet: v̄l oret et h̄mōi. ¶ Nota ad maiorē intelligētiā q̄ legimus in lib. Nume. xvij. c. q̄ liter dixit dñs ad moysē vt p̄ciperet filijs israel: quatenus qualibet die offerret vnū agnū mane et vnū aliū vespere. Sed in die sabbati p̄cepit vt duplicarent sacrificiū. s. vt offerrent duos agnos imaculatos: sic pariter alia q̄ offerebant in sacri- ficio duplicabant in sabbato: vt dicit ibidē. Sed q̄ status il- le iudaice legis erat tot⁹ figuralis legi gratie. Ideo nos xp̄ia- ni: quoz iusticia d̄ esse p̄fectior in hac figura admonemur: vt

g ij

Paulus.

Sc̄do expla-
nat istud p̄-
ceptum s̄m i
tellectus my-
sticum.
Sanct⁹ tho.
Debem⁹ caue-
re a tribus: et
p̄mo ab ope
peccati.

Johanne. s.
Nota de eo
qui peccat i
die festo.

Augustinus

Sc̄do debes
mus i die fe-
sto cauere o-
cium.
Hieronym⁹.



Sanct⁹ tho.
Iudei in die
sabbati du-
plicabant sa-
crificiū et qd
significabat



Xpiani de-
bent offerre
cor deo in sa
crificium.

David.
Sanct' tho.



Tertio i die
festo debem'
cauere opa
corpalia.
Opa corpa
lia pnt fieri
in die festo
quattuor ro
nibus.

Mathens.

Tertio istud
pceptum ex
planat alle
gouice.

Quid est sen
sus allegori
cus.

Paulus.

in diebus fecistiuis velimus offerre maiora. Et primo debe
mus offerre cor nostru' ⁊ aiā nostrā dolendo de pctis: q' ta
le sacrificiū est nobilissimū ⁊ inter oīa deo gratissimū: de quo
David in psal. l. ait. Cor cōtritū ⁊ humilitatū deus nō despi
es. Etā debemus offerre sacrificiū orōnis ⁊ deuotionis: de q'
David in psal. Dirigat oratio mea sicut incensū in conspectu
tuo. Nam dicit sanctus Tho. in opusculo de decem pceptis:
q' ideo factus est dies festus ad habendā spūales leticiā quā
facit deuota oratio. Ideo in die festo debem' multiplicare p
ces ptemplationes ⁊ alia spūalia exercitia audiendo missas:
diuina officia: pdicationes: studia: ⁊ lectiones sacre scripture
q' qui est ex deo verba deo audit. Jo. viij. c. **Tertio debem'**
cauere opa corporalia. Vñ Jere. xviij. ca. dicit. Sanctificabis
sabbatū vt nō facias op' seruile. Et leuitici. xxij. c. Oē opus
seruile nō facietis in eo. Dicunt aut' opa seruilia: opa mecha
nica: agricultura: me. catū peccata: ⁊ oē opus impediēs vaca
tionem diuinā. Sed sciendū est s'm Tho. vbi supra q' opa
corporalia pnt fieri in sabbato ppter quattuor. Primo ppter
necessitatē: vnde dñs excusauit discipulos euellentes spicas
in sabbato: dicens cōtra phariseos. Non legistis quid fecerit
David qñ esuriit: ⁊ qui cum eo erant quō intrauit in domum
dei ⁊ panes ppositionis comedit: quos nō licebat ei edere: ne
q' his qui cū eo erant nisi solis sacerdotibus. Mathei. xij. c.
Secūdo ppter ecclie vtilitatem. Vñ dicit Math. xij. q' sacer
dotes faciebāt oīa necessaria in tēplo in die sabbati. Tertio p
pter pximi vtilitatē. vnde dñs curauit in die sabbati habens
tem manū aridam ⁊ cōfutaui in deos reprehēdentes eū dan
do exēplum de oue dicēs. Math. xij. c. Quis erit ex vobis hō
qui habeat ouē vnā ⁊ si ceciderit hec sabbati in foueam nō
ne tenebit ⁊ leuabit eā: q'tomāgis melior est homo oue. hec
ibi. Quarto ppter superioris auctoritatē: vnde dñs pcepit iu
deis vt circūciderent in die sabbati. Et sic patet expositio s'm
intellectū mysticum. **Tertio istud pceptum pōt exponi alle
gouice.** Dicit aut' sensus allegouic' ab alleon grece qd est alie
num et goze snia: quasi aliena snia. Et ideo qñ dicta vel facta
sacre scripture exponunt de xpo dicit' sensus allegouicus. Vñ
apls ad Gala. iij. c. exponēs aliqua facta abrahe dicit: q' sunt
p allegoriam dicta. Sic igitur allegouice loquendo istud pce
ptum explanari pōt de xpo. Et sic sabbatum fuit figura quie
tis xpi in sepulchro que fuit septima die. Voluit ergo de sab
bato obseruari vt sicut sacrificia significabant mortem xpi
Ita quies sabbati figurabat requiez corporis xpi in sepul

chro. Quod quidem dicitur quiescisse a corruptione. vñ dauid in psal. ait. Caro mea quiescet in spe. Et item dauid. Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Sed nos christiani talia sacrificia que erant figurata non seruamus: quia adueniente re et veritate deus cessat figura: sicut adueniente sole cessat umbra. Christus est sol iusticie: umbra sunt omnia figurata veteris legis. Et ideo nota quod totum tempus quod decursum est ad Adam usque ad diem resurrectionis christi dicitur tempus tenebrosum et obscurum quia erat totum figurale: de quo dicitur per Esai. ix. ca. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis. et paulus ad Romanos. xiiij. c. Non precessit dies autem appropinquavit. Abijcimus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus. Lessauit ergo tempus illud figurale et obscurum in sabbato pasche quoniam christus requieuit in sepulchro. Significabat enim illa quies quod cessaret et sabbatum presente veritate: eo quod immediate debebat transferri in diem sequentem que fuit dies dominica. vnde paulus ad Romanos. vi. c. ait. Quod christus surrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul et resurrectionis erimus. hec paulus. Et quia resurrectio facta est in dominica die ideo celebramus illam diem sicut celebrabant iudei sabbatum propter primam creationem. Vnde diuus hieronymus in sermone de die dominice resurrectionis: sermo incipit. Nequeo fratres karissimi: dicit sic. Quid mihi necesse est infinita replicare. Dies me deficiet si voluero se diei istius exponere sacramentum. Hoc tamen dico quod vniuersa sabbati gratia et antiqua illa festiuitas populi iudeorum diei istius solennitate mutata est. Illi in sabbato non faciebant opus seruale: nos in die dominica. hec hiero. Et ita vsus explanatio allegorica. Quarto exponit istud preceptum secundum sensum anagogicum. Est autem hoc nomen grecum. Nam dicitur anagogus ab ana quod est sursum et goge ductio quasi sursum ductio. Et ideo quando dicta aut facta in scripturis sanctis exponuntur de his que sunt in eterna gloria dicitur sensus anagogicus. Et sic preceptum istud figurat illam eternam quietem fruitionis dei que est in patria. Et idcirco nota secundum Thoma. in opusculo de decem preceptis: quia anima nostra antequam pueniat ad illam eternam quietem oportet ut precedat in nobis tres quietes. Primo debet quiescere anima ab inquietudine peccati. Quia peccatum habet in se quamdam inquietudinem propter quam anima que est in peccato nunquam potest quietari et propterea dicit seneca quod conscientia rea semper in pena est. Item Seneca in libro de moribus ait. Conscientiam magis quam famam interde falli nuncquam

Quies sabbati figura
bat quietem
christi in sepulchro.

Dauid.
Adueniente
solo christo cessant
vmbre figurarum.



Esayas.
Paulus.
Dies sabbati transferretur
in dominicam.
Paulus.

Quarto istud
preceptum ex-
planat an-
agogice.

Sanctus thomas!
Tres quietes.
Prima quietes.

Seneca.

Isaias.
Sec̄da quies
Paulus.

Dugo.

Tertis q̄es.
 Nō est possi-
 bile duobus
 dñis seruire.



Augustinus

David.
 Preceptū de
 sc̄rificacione
 sabbati est p̄-
 tim cerimos-
 niale ⁊ mo-
 rale.

Explanatio
 sup hoc p̄ce-
 pto p̄ dñs.

poteris fama: conscientia vero nunq̄. Et in lib. de p̄uidencia
 inquit. Propriū magni viri est semp̄ animo esse felicem ⁊ sine
 mor̄su cōscientie transire vitā. Hinc Isaias. lxx. c. dicit sic. Cor
 impij quasi mare feruens quod quiescere nō potest. Sec̄do de-
 bet quiescere a passionib⁹ carnis que distrabūt hoīem ab om̄i
 bono: q̄ vt ait Paulus ad galat. v. c. Caro cōcupiscit aduers⁹
 sus spiritū: sp̄s autem aduersus carnem. Et breuiter luxuria
 teste Dugone est imoderata carnis petulātia: dulce venenum
 importuna lues: perniciofa potio: que humanū corpus debilitat
 ⁊ virilis animi robur enervat. Tertio debet anima nostra
 quiescere ab ocupationib⁹ huius mundi: quia impossibile est
 deum ⁊ mundū diligere: sicut impossibile est duob⁹ dominis
 seruire: deo ⁊ dyabolo: luci ⁊ tenebris: superbie ⁊ humilitati.
 vicio ⁊ virtuti: bono ⁊ malo. Et ideo q̄to magis ab amore ter-
 renorum animus noster elōgatur tanto magis firmat in deo.
 Unde augustin⁹ in li. lxxiiij. questionū ait. Charitatis vene-
 num est spes adipiscēdoꝝ aut retinēdoꝝ temporalū. Pro-
 p̄terea sancti omnia dimiserūt vt quiescerent in eterna pace.
 hinc David. Nec requies mea in sc̄lm̄ seculi hīc habitabo qm̄
 elegi eam. Et dicitis p̄tꝝ q̄ istud preceptū de sc̄rificacione sab-
 bati est partim morale ⁊ partim cerimoniale. Si em̄ cōsideret
 ratione significationis est cerimoniale. Si autem cōsideretur
 ratione virtuosi operis est morale. Potest etiā dici p̄ceptum
 naturale: ex eo q̄ naturalis inclinatio est homini ad vacandū
 rebus diuinis in aliquo tēpore. Dicitur etiā preceptū gene-
 rale p̄out figurat quietem fruitionis dei q̄ erit in patria. Si
 autem vis diligētius rememorare quot modis offendit deus
 In hoc precepto recogita explanationē huius precepti que da-
 tur ab auctore mihi incognito sic.

Qui non confessus: dimittens ⁊ sacramentum.
 In festis missam sine culpa: inductor ad illud.
 Qui manuale facit: vendens: emens non edenda.
 Ieiunium frangit: qui tertia comedit hora.
 Impletum in festo peccatum: grauius extat.
 Assumens crisma: sacramentum: vel mulierem.
 Si peccator erat mortali fune ligatus.
 Ecclesie vetito: qui contradicit tempore sacro.
 Corizans: ludens veneri mortaliter egit.
 Sabbata sanctifices: violat reus atq̄ superbus.
 Nec de tertio precepto diuine legis dicta sufficiant.

De quarto precepto diuine legis.



¶ St tria precepta prime tabu

le que ordinant nos ad dilectiones dei. Superest vt videamus de alijs septem preceptis que in scda tabula fuerūt descripta ⁊ ordinata ad dilectionē pximi. Si em̄ sunt duo generalia precepta dilectionis scz dei ⁊ pximi: ita in duabus tabulis hm̄i pcepta sunt distincta. Vñ

sanctus thomas in. ij. q. cxij. ar. v. vbi querit vtrū cōueniēter tradatur quartū pceptum de honoratiōe parentū: dicit sic. Precepta decalogi ordinātur ad dilectionē dei ⁊ pximi: inter pximos autem maxime obligamur parētibus. Et ideo immediate post pcepta ordinātia nos in deum ponit pceptū ordinans nos ad parētes qui sunt particulare picipiū nostri esse sicut deus est vniuersale picipiū. ⁊ sic est qdam affinitas huius pcepti ad pcepta prie tabule. hec thomas. ¶ Primū ergo pceptū. ij. tabule qd̄ est quartū in ordine totius decalogi: describitur in li. Exodi. xx. c. sic. Honora patrē tuum ⁊ matrē tuā vt sis longeuus super terrā quam dñs deus tuus dabit tibi. Sup̄ quo pcepto notare debes: qd̄ nulli alioꝝ pceptoꝝ adiungitur pmissio longioris vite nisi tm̄ huic pcepto. Sed quare? Quia certe dignū est vt cōseruator aliene vite: mereatur cōseruatione vite pprie. Qui em̄ recognoscit beneficiū vite naturalis quam h̄s a parētibus efficit dignus nō solū vita naturali sed vita gratie q̄ est maior: ⁊ per p̄ns vita glorie q̄ est maxima. Sic per oppositū de his q̄ inhonorāt parētes suos: iusto dei iudicio inhonorātur hac triplici vita. ¶ Sed cōtra. Videt qd̄ pmissio longioris vite q̄ additur huic pcepto: sit incōueniēs ⁊ deceptoria. Nam cōtingit qñq; imo experiētia hoc docet: qd̄ plures qui honorāt parētes suos citius moriūtur. Et ecōuerso multi q̄ verbo ⁊ facto offendūt parētes diutius cōseruātur in p̄nti vita. Et sic videt talis pmissio incōueniēs. Hic obiectiōi respōdeo s̄m Thomā in. ij. q. cxij. ar. v. in r̄s̄pōde ad. iij. arg. Et itē in opusculo de decem pceptis. Ubi dicit qd̄ longeuitas p̄mittitur honorātibus parētes nō solum q̄tum ad futuram vitam: sed etiā q̄tum ad p̄ntem: ⁊ hoc rōnabiliter: qz ille qui gratus est beneficio meref̄ s̄m quandā cōgruētā vt sibi beneficium cōseruet: sed p̄pter ingratitudinē meref̄ qd̄ bñficiū perdere. Et qz bñficiū vite corporalis post deū habem⁹ a parentibus: ideo ille q̄ honorat parētes suos tanq̄ grat⁹ meref̄ vite cōseruationē. Qui vero inhonorat parētes tanq̄ ingratus me

Sc̄tus Tho.

Nulli preceptoꝝ p̄mittitur vita lōga nisi huic de honorandis parētibus.



Arguit p̄tra

Sc̄tus thomas r̄s̄pōdet q̄stioni.



Quare boni
filij aliqui cis
tius moriuntur.
Vita nra dicitur
longa quoniam est
plena virtuti-
bus.

Sapientia.



Nota contra
eos qui appetunt
longitudinem vite.
Dones moriuntur
super istum preceptum.
Patres sunt
multi.

Sancus thomas.



Pater carnalis
est super
omnes diligendus
et quare.

Ambrosius

Pater potest expellere
filium: sed non
conuerso. Ecclesiasticus
filij hinc tria
a parentibus.
Ecclesiasticus

retur vita priuari. Sed quia presentia bona vel mala non cadunt
sub merito vel demerito: nisi in quantum ordinantur ad futura re-
muneraciones. Ideo quicquid secundum occultas rationes diuinorum iudiciorum
maxime futura remuneraciones respiciunt aliquid filij qui sunt pater in
parentes citius vita priuari. Alij vero qui sunt impij in parentes diu-
tius viuunt. Sed nota quod proprie dicitur vita longa quoniam est plena virtu-
tibus et non mensurat tempore sed actione secundum philosophum. Et ideo
virtuosus et sanctus diu viuunt quous cito moriatur corporaliter. Unde
sapientie. iij. c. dicitur. Consumatur in breui expleuit tempus sua: placita
enim erat deo anima illi. vere optime meretur ille qui tempus operatur vna
die quous alius in vno anno. Etiam recordari te volo quod quicquid acci-
dit: ut vita longior causa sit mortis corporalis et spiritualis: sicut acci-
dit inde: herodi: antiocho: detio: quintsano: datiano atque alijs
tiranis ac pessimis viris: quibus melius fuisset ut in utero matris
essent suffocati: et ita partus missio ad quoniam. Et quod premissio longior
ris vite conuenienter addit huic precepto. Quis igitur sit prebatus
ad maiorem euidetiam huius precepti mouetur plura dubia. Et primo
sup illo verbo. honora patrem tuum: talis mouet questio. Cum mul-
ti dicantur patres diuersis rationibus. Quia dicitur pater carnalis. Pa-
ter dignitatis. Pater patris. Pater eratis. Pater tuitionis vel
cure. Ideo queritur utrum omnes isti patres ex vi huius precepti sint
diligendi ac honorandi. Huic questioni respondeo secundum Thomam in. ij. q.
q. cxxij. ar. v. Et iterum in opusculo de. x. preceptis vbi dicit quod omnes
isti patres ex vi huius precepti honorandi ac diligendi sunt: quia omnes
portant quodammodo similitudinem illius magni patris qui in celis
est. De quibus dicitur Luc. x. c. Qui vos audit me audit: et qui vos
spernit me spernit. Illos tamen ampliori honore ac dilectione de-
bemus venerari quos nouimus plenioribus rationibus habere vel honoris
vel dilectionis. Sic igitur dicendum est quod si consideres primo preter carnalis
hunc rationem eminentioris boni et deo similioris. Sic pater et mater
sunt super omnes diligendi. Ideo dicit ambrosius quod primo debemus
diligere deum. secundo patrem et matrem. Rationem huius redditur quibus qui
dicit quod ex magno beneficio recepto a parentibus non possumus eis
respondere ex equali. Et ideo pater offensus a filio: potest preter illum
expellere: sed non conuerso. Unde ecclesiasticus. vij. c. dicitur sic. honora patrem
tuum et gemitus matris tue ne obliuiscaris. Memento quoniam
nisi per illos natus non fuisses. Habent quippe filij a parentibus
tribus et tria magna videlicet esse nutrimentum et disciplinam.
Et quia dant nobis nutrimentum a puericia. Ideo nos debemus
eis dare in senectute. Ecclesiasticus. iij. c. filij suscipe senectam pa-
tris tui et non contristes eum in vita illi. Nota in confusione illorum

filiorū: qui sunt crudeles parētib⁹ suis: scribit Cassiodorus in epistolis suis li. ij. q̄ Ciconie cūm parētes eaz pēnas senio cogente laxauerint: nec ad p̄prios filios ydonei p̄sit inueniri. Plumis suis genitorū mēbra fouētes escis corpa lara reficiūt ⁊ pia vicissitudine iuuenes reddūt q̄d a parētib⁹ parunli susceperūt. Magnus q̄z albertus in. xxiij. li. de aialibus dicit de ciconia: q̄ ita diu nutrit parentes q̄ diu nutrita est ab eis: et ideo pia anis ab antiq̄s ē vocata. hec albert⁹. Etiā qz parētes docuerūt nos. Ideo debem⁹ eis obedire: p̄pterea Paulus ad colōcē. iij. ca. ait. Filij obedite parētib⁹ vestris per oia: hoc em̄ placitū est deo. Nota cū dicit per oia. Intellige in oibus que sunt s̄m deū ⁊ iusticiā: qz aliter nō esset eis obedīdū: sed multo potius sunt odiēdi: iuxta illud Luce. xiiij. c. Si q̄s non odit patrem suū ⁊ matrē nō p̄t meus esse discipul⁹. Deus em̄ est v̄rior: pater. Hinc deutrono. xxxij. c. 32. Nunqd nō ipse est pater tuus qui possedit ⁊ fecit ⁊ creauit te. hinc Hiero. in eplā ad Helidiorū nundū episcopū eplā incipit. Quāto studio ⁊ amore cōtenderim: dicit sic. Licet in lumine pater iaceat ⁊ calcatū perge parentē: sicis oculis ad verillū crucis euola: solū pietatis genus est in hac re esse crudelē. hec hierony. ¶ Scōs p̄f dicitur sp̄ialis: vt platus vel sacerdos: q̄ honorādus est ratio ne dignitatis duplici honore scz sustētatiōis ⁊ subiectōis s̄m illud Pauli. i. ad thimo. v. c. Qui bene presunt p̄byteri duplici honore digni habeātur maxime qui laborāt in verbo ⁊ doctrina. P̄mo honorādi sunt de temporalib⁹: vt p̄uideat eis. Unde paulus. i. ad corinth. ix. c. ait. Qui altario deseruūt cū altario participāt. Ita ⁊ dñs ordinauit his qui euangelium annunciant de euāgelio viuere. hec ille. Secūdo honorādi sunt per obedientiā. hinc Paulus ad hebre. xiiij. ca. inquit. Obedite prepositis vestris ⁊ subiaccete eis. Ipsi em̄ peruigilāt quasi rationem p̄ aiabus vestris reddituri. ¶ Tertius pater dicit temporalis potestatis vt sunt reges ⁊ principes ac domini temporales qui dicūtur patres. Et q̄ p̄prium officium patris sit benefacere filijs. Sic serui naaman vocabant principes suum patrē: vt dicit. iij. Reg. v. c. vbi direrūt ei. Pater si rem grādē dixisset tibi p̄pheta p̄fecto facere debueras. Et quo textu p̄t q̄ reges ⁊ principes dicūtur patres: qz debent diligere ⁊ intendere bonū populi. Et istos honoram⁹ per subiectōes. Quia vt ait Paulus ad Roma. xiiij. c. Dis aīa ptātibus sublimioribus subdita est. Et hoc nō soluz timore sed amore. Nec solū p̄pter rōnem: sed p̄pter cōscientiā. Rō aut̄ hui⁹ est s̄m Paulū ibidē quia omnis potestas a deo est. Et ideo subiūgit paulus. red.

Cassiodorus
De ciconia
exemplū.

Magn⁹ albertus.
Paulus.

Lucas.
Deutrono.
Hieronym⁹.



Scōs p̄f dicitur
sp̄ialis vt platus vel sacerdos.
Paulus.

Paulus.

Terti⁹ p̄f dicitur
temporalis vt rex vel princeps.



Paulus.

Paulus.

Salomon.

Quartus pa-
ter dicitur etate.
Leuiticus.
Ecclesiasticus
Marcus tullii?



Valerius ma-
ximus.

Valerius ma-
ximus.

Quintus pater
dicitur cura.

Ecclesiasticus

Sanctus tho-
mas.

Secunda questio
vtrum pater spiritualis
sit magis diligendus quam
pater carnalis.
Pater dicitur
dupliciter.



Est vnus pater
super omnes
patres.
Esayas. i
Jeremias.

dite oibus debita: cui tributū tributum: cui vetigal vetigal: cui timorē timorē: cui honorē honorē. hinc Salomon puerb. xxiii. c. Time dñm fili mi ⁊ regē: ⁊ cū detractoribus nō cōmis-
scearis. Quartus pater dicitur etate: de quo p̄cipif Leuit. xix. c. Lorā cano capite surge ⁊ honora psonā senis. ⁊ Eccli. xxix. c. In medio magnatorū loqui nō presumas: ⁊ vbi sunt senes nō multū loquaris. hinc Marcus tullius in. ij. lib. de off. cius ita inquit. Facillime ⁊ in optimā partē cognoscūtur adolescētes qui se ad claros viros ⁊ sapientes ⁊ bene consulentes reipublice ptulerunt: quibus cū si frequētes sunt asserūt opinionē populo eorū fore se similes quos sibip̄si delegerint ad imitandum. Hec tullius. Et valerius maximus in. ij. lib. c. i. de institutis antiquis dicit sic. Senectuti iuuentus ita cumulātū ⁊ circūspēctum honorē reddebat tanq̄ maiores natu adolescentiū com-
munes patres essent. Et iterū ibidem Valerius ait. Inuitati ad cenā diligenter querebant quā ei cōiuiuo essent interfuturi ne senioris aduentū discubitu precurrerent sublataq̄ mēsa priores consurgere ⁊ abire patiebant. hec ibi. Quintus pater dicitur cura: de quo Eccli. iiii. ca. dicit. Esto pupillis misericors vt pater: ⁊ pro viro matris illoꝝ ⁊ eris tu velut fili⁹ altissimi obediens: ⁊ miserebitur tibi magis q̄ mater. hec ibi. Hunc patrem tenemur honorare reddendo vicem in benefaciēdo. vñ Eccli. xxx. c. Gratia fidei iusoris ne obliuiscaris: dedit em̄ pro te animā suam. Et breuiter in hoc p̄cepto s̄m Thom. in. ij. q. cxxij. ar. v. in responsione ad. ij. argu. intelligit mandari quicquid pertinet ad reddendū debitum cuiuscūq̄ p̄sone. Et sic p̄ questio-
nis declaratio. Secundo quod dictum est in questione p̄cedenti: quod ois pater ex vi huius p̄cepti est honorandus. Ideo cōtin-
git dubitare vtrum pater sp̄ualis sit magis diligendus vlt̄ hono-
randus q̄ pater carnalis. Pro responsione hui⁹ questionis nota quod in isto p̄cepto cum dicitur honora patrem tuū. Pater proprie sumitur ille qui est p̄ncipium p̄ generationem quo adesse nature vt est pater carnalis. Vel dicitur pater qui est p̄ncipium per ministeriū regenerationis quo adesse gratie vt est pater sp̄ualis. Et sic isti duo proprie dicūtur patres. Alio modo sumit pater non s̄m p̄p̄iam rationem: sed s̄m rationem p̄sone: ⁊ sic dicitur pater vel ratione etatis vel potestatis aut dignitatis vlt̄ cure. de quibus oibus dictum est in questione p̄cedenti. Preter istos patres est vnus alius super omnes qui dicitur pater noster celestialis qui habet plenissimā rationem paternitatis tam re-
spectu corporis q̄ aie. de quo Esa. lxxij. c. ait. Tu dñe pater noster redemptor noster a seculo nomen tuū. ⁊ Jeremie. lxxij. ca.

Factus sum israeli pater et effraim primogenitus meus est. et Malachie. ij. c. Nunquid non pater vnus omnium nostrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Hic ergo solus est verus pater et non alius qui formauit corpora nostra in vtero matris. Et propter hoc ait veritas Math. xiiij. c. Et patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus est enim pater vester qui in celis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est Christus. Hec ibi. Intellige hic quod Christus est magister et pater principalis: a quo ceteri magistri et patres procedunt. Unde Hieronimus in. iij. lib. super matheum sic declarat hunc passum dicens. Nec magister nec pater vocandus est alius: nisi deus pater et dominus noster Iesus Christus. Pater quidem quia et ipso sunt omnia. Magister quia per ipsum omnia vel quonia per dispensationem carnis omnes reconciliati sunt deo. hec Hieronimus. Quid obsecro operantur pater vel mater in formatione filij? Qui ignorant quid habeat in vtero vtrum masculus vel femina: an magnus an paruus: aut viuus aut mortuus. Sed pater ille celestis est qui omnia per infinitam potentiam suam format corpora: et creat animas. Propterea Iob agens gratias huic indulgentissimo patri: ita inquit. Adhuc tu die fecerunt me et plasmauerunt me totum in circuitu et sic repente precipitas me. Admemento queso quod sicut lutum feceris me et in puluerem reduces me. Nonne sicut lac multasti me et sicut caseum me coagulasti. Pelle et carnibus vestisti me ossibus et nervis cooperasti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi. Job. x. ca. Etiam illa sanctissima ac fidelissima mulier machabea dum septem filios suos cerneret coram se occidi a rege anthioco eo quod nollent carnes porcinas contra legis precepta comedere: horribatur illos ad mortem dicens vt vellent corpora sua ac propriam vitam reddere creatori omnium qui eis talia contulerat. vñ ij. Machab. vij. c. sic loquebatur. Nescio qualiter in vtero meo apparuistis. Neque enim ego spiritum et vitam donavi vobis vitam et singulorum membra non ego ipsa compegi. Est enim mundi creator qui formauit hominis natiuitatem: quique omnium inuenit originem. Et spiritum vobis iterum cum misericordia reddet et vitam: sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius. hec ibi. Unde Lactantius ait. Deus veri patris officio functus ipse corpus effudit ipse vitam qua spiramus infudit ipse est totum quicquid sumus. Hec Lactantius. Iste ergo celestis pater non solus est a nobis honorandus: sed totis reassumptis viribus est legitime adorandus ac pura mente colendus. ideo precipi nobis Deuter. vi. ca. et Math. xxiij. Marci. xij. et Luca. x. c. sic. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex

Malachias

Mathaeus.

Hieronimus?

Job patienter
sibi agit gra-
tias domino.Mulier ma-
chabea hor-
ribatur filios
ad mortem
ij. Machab.

Lactantius.

Mathaeus.
Marcus.
Lucas.

Malachias.

tota fortitudine tua. Sed q̄ sumus rebelles ⁊ tanto patri in grati nec exhibemus ei talem honorem. ideo p̄ Malachia p̄phetam cōqueritur di. Filius honorat patrē ⁊ seruus dominū suū. Si ergo pater ego sum vbi est honor meus? Et si domin⁹ ego sum vbi est timor meus dicit dñs exercitū. Malach. ij. c. Quasi dicat fm̄ hieronymū sup eodem loco. Aut pater su⁹ vester aut dñs. Si pater debitum patri honorē reddite: dignam parenti offerte pietatem. Si dñs cur me contēntis: cur dñm nō timetis? Et sic patet q̄tūm teneamur patrem ac creatores nostrum simpliciter super omnes patres ac creaturas honorare. Quādo autem queritur. Utrum pater sp̄ialis sit magis diligendus q̄ pater carnalis. Ad hoc dicitur q̄ Quis pater sp̄itūalis ⁊ pater carnalis sint ministri illius eterni patris cui⁹ gratia ac virtute operantur in generatione filij: tamen pater sp̄ialis non est ita vere causa beneficij quod filio impendit sicut pater carnalis: quia nō dat illud nisi pure ministerialiter.

Hierony.

Responso q̄
stionis.

Pater sp̄itūalis et pater carnalis sunt ministri illius eterni patris.



Tertia questio vtrū pater sit magis diligendus q̄ mater.

Sanct⁹ tho.
Philosoph⁹.

Pater habet excellentiorē rationē principij q̄ mat. Hieronym⁹.



Pater autem carnalis dat filio esse nature sicut principium ⁊ causa magis efficiens per generationē quo ad esse nature. Et similiter beneficiū nutrimenti ac doctrine. Et sic videtur magis diligendus. Honor tamen magnus debetur patri sp̄ituali qui videtur esse p̄ncipium per ministerium regenerationis quo ad esse gratie. tñ ratione status dignitatis: beneficij: ac subsidiij sp̄itūalis. Et ita in sp̄ialibus videtur magis honorandus ac obediendus. Et dictis p̄ questionis determinatio. Tercio sup isto precepto talis mouetur questio. Utrum pater sit magis diligendus q̄ mater. Huic questioni respōdet sanctus Tho. in. ij. q. xvi. ar. x. vbi dicit q̄ in omnibus istis cōparationibus potest esse tanta distantia virtutis ⁊ malicie vt amicitia soluat vel minuatur vt philosophus dicit in. viij. li. ethicor. Sed si loquamur pprie ⁊ per se: vt intelligatur q̄stio an pater in q̄tūm est pater sit magis diligendus matre in quā tum est mater. Sic dico q̄ pater magis est amādu⁹ q̄ mater: cuius ratio in hoc est: quia pater ⁊ mater amantur vt quedā p̄ncipia naturalis originis. Pater autē h̄ excellentiorē rationem p̄ncipij q̄ mater: quia pater est p̄ncipium p̄ modū agentis: mater autē magis p̄ modū patientis ⁊ materie. Et ideo p̄ se loquendo pater est magis diligendus. Nota q̄ loq̄mur h̄c de amicitia que debet patri ⁊ matri fm̄ generationis rōnem. hinc hiero. sup ezechielē ait. Post deū oim patrem diligendus est pater: postea mater. Iterū hiero in eplā de honorandis parentibus. Et est p̄ncipiū eplē. dicit sic. Parentū meritis subiu gans filios. oipotens deus: seruendi legē posteris in. officio

hedit vt diuino cogatur imperio facere: qđ debuit pietas sua
 dere dicente in libro Erod. Honora p̄rem tuū ⁊ matrē tuam:
 sicut p̄cepit tibi dñs: vt bene sit tibi ⁊ longe sis vitē sup terrā
 quā dñs deus tuus dabit tibi. Audite filij salutiferā iustionē
 ⁊ p̄cepta legis affectu debiti amoris implete. Seruite patri-
 bus futuri patres: ⁊ matres vestras tenera charitate diligite
 vt vestre cōiuges matrū mereant noie nūcupari. Nemo parē
 tem asperis ledat verbis. Non fiat amara dulcedo. Hoc sit in
 ter parentes ⁊ filios qđ dño iubēte natura pr̄inuit. Affectum
 sonēt quicqđ lingue dixerint liberorū. Inter caras cōiunctasq̄
 p̄sonas pietatis iura seruent. Ora filiorū loquātur qđ parētes
 delectat audire. Prebeat parentib⁹ amorū mixta formido.
 Qui p̄mi sunt nobis cā nascendi. Exhibete. patrib⁹ filij quod
 vos potestas paterni nois cogit: qđ a deo est eorū meritis at-
 tributa vt ipsa a nobis exigit qđ natura iubet. hec hiero. Sz
 si loquamur de amicitia q̄ debetur parentibus s̄m alias spēs
 amicitie. Aut rōne laboris: aut ratione virtutis: aut dilectōis
 vel certitudinis. Sic dico qđ mater est valde honoranda ac ca-
 ro corde diligenda. Nam mater magis ac magis laborat circa
 filios q̄ pater: scz portando: pariendo educādo. ideo d̄: Eccli.
 vii. ca. Semitum matris tue ne obliuiscaris. ⁊ Thobie. iiii. ca.
 Admor enim esse debes que ⁊ p̄ra pericula passa sit propter
 te in vtero suo mater tua. Etia mater est magis certa de gene-
 ratione filij q̄ pater qui ⁊ si credit filiū esse suū: tñ non habet
 certitudinem. Dicit em̄ philosophus in. ix. lib. ethicoz. qđ ma-
 tres magis sunt amantes filioz. Laboriosior em̄ est generatio
 matrū ⁊ magis sciunt qui ipsarū sunt filij q̄ patres. Mater
 quoq̄ maiorem partē habet in corpore filij q̄ pater: qz quasi
 totuz corpus filij formatur ex matre. Et em̄ dicit philosoph⁹
 in p̄mo de generatione animalium. Femina in generatōe dat cor-
 pus. Et ideo propter huiusmodi rationes. mater plus diligit
 filium q̄ pater. Unde in morte vel in aduersitate filij magis
 dolet et affligitur mater q̄ pater. Quia mulieres naturaliter
 magis compatiuntur q̄ viri: eo qđ mulier est magis mollis et
 passibilis cum sit frigida ⁊ humida. Nam in omni genere ani-
 malium s̄m philosophum femie sunt molliores masculis pie-
 ter vlsam ⁊ leopardam. Vir autem est naturaliter calidus et
 ficcus: ⁊ ideo nō sic de facili patitur aut cōpatitur. Unde si fi-
 lius sublimat ad honores plus gaudet pater q̄ mater. Quod
 autem mater magis tristetur in aduersitate filij. Pater vero
 magis gaudeat clare per verba Salomonis probatur: qđ Pro-
 uerbioum. x. c. ait. Filius sapiens letificat patrem: filius ve-

Nota aureā
 suam diuī
 hieronymi.



Nota quō
 mat̄ est caro
 corde diligē-
 da ac hono-
 randa.



Eccliaſticus
 Thobias.
 Philosoph⁹
 Mater ma-
 gis amat fi-
 liuz q̄ pater
 ⁊ quare.
 Phūs.
 Mater i ad-
 uersitate fi-
 lioz maḡ af-
 fligit q̄ p̄.



Salomon.

Hieronymus?

Nota pul
chra h̄ba h̄ ie
rony.Quot q̄tra
patitur mat
amore filioꝝQuarta que
fito vtrū vir
debeat maḡ
diligere vroꝝ
rē q̄ patrem
aut matrem
Thomas.

Matheus.

Hieronymus?

ro stultus mesticia est matris sue. Propterea cū amor dilectiō
sive charitas sint reciproca: obligat filius totis reassumptis
viribus matrē diligere ac venerari. Hinc hiero. in epla de ho
norandis parentibus. Quequidem epla incipit parentū mes
ritis: dicit sic. Ad tribus quoq; filij debiā impendite reue
rentiam que vobis vteri more seruientes pondus vestri corpo
ris tollerant: atq; ignotam portant infantia. famulatū quē
dam exhibent nascituris. Illo tpe nō solum sibi mater esurit:
nec acceptos cibos sola digerit. materno victu alitur ille q; la
tet: eiusq; membra alterius cōmesticans pascuntur. vt homo
futurus alterius moribus saturetur. Quid ergo ipsa memo
rem nutrimenta ⁊ tenere infantie dulces iniurias quas nutri
tonis affectus de suis parabolis sumit? Quid cibos in matre
pfectos qui femineis manantes ex membris: lacteum lactendū
soluūt in succum ⁊ invalidas fauces liquido sapore profun
dunt? Logente natura: sumūt infantes quod bibant ⁊ dente
nō nato. hoc sibi currentibus labiis eliciunt: qd non sit necesse
mordere. Seruiūt materna postteris pectora: seruiūt ipsis in
cunabulis manus: ⁊ terga mēbris deuota lactentiū gratos ar
tus accipiūt. Oprat mater paruulū crescere: oprat cito videre
maiozem: eūq; innumeris iuuenū inuisere festinat nunq; sibi
forsitan seruiurū. His tot tantisq; pcedentib; factis parenti
bus tota d; alacritate serui. Reddatur nature debitū red da
tur parentib; qd debetur. Exsolue filij qd debes ⁊ officia debi
ta qualicūq; exhibe famulatū: q; parentib; nemo pōt reddere
qd debetur. hec hiero. Et sic patet q̄tum teneant filij parenti
bus ⁊ quomodo pater aut mater sint caro corde diligendi.

Quarto sup eodem pcepto queritur. Vtrū vir cōiugatus te
nearur magis diligere vrozem q̄ patrē aut matrem. Et vide
tur q; vro: sit magis diligenda: q; d; Bene. ij. c. q; vobrem relin
quet homo patrē ⁊ matrē ⁊ adheret vroni sue ⁊ erūt duo in
carne vna. Respondeo huic questioni s̄m Thomam in. ij. q. q.
xxvi. ar. xi. vbi dicit. Gradus dilectionis attendi pōt: aut s̄m
rationē boni: aut s̄m rōnem cōiunctionis ad diligentē. Secū
dum ergo rōnem boni qd est obiectus dilectionis magis sunt
diligendi parentes q̄ vrozes: q; diliguntur sub ratione princi
pij ⁊ eminentioris cuiusdā boni. Secūdum aut rōnem cōiun
ctionis magis diligenda est vro: q; vro: coniungitur vno et
vna caro existens: s̄m illud Math. xix. c. Itaq; iam non sunt
duo: sed vna caro. Et ideo intensius diligitur vro: sed maiori
reuerentia est parentibus exhibenda. hinc Hieronymus in epla
de honorandis parentibus dicit sic. Parentes enī adeo debēt

haberi bulciores: qz p̄ alios reparari nō possunt. Et cum eos
 lex nature subtraheret: nec patrem tibi alterū poteris inuenis
 re nec matrē. Mutato cōiugio vitricus pater est: nec nouer
 ca pōt nomen matris implere. hec Hieronymus ad furias ait
 honora patrem si mente a vero patre nō separet. hec Hierony
 mus. Ad auctoritatē autē que in p̄ncipio allegat. dicit sanct⁹
 Thomas sic: q̄ uon q̄rtum ad oia deseritur pater ⁊ mater p̄
 pter vxorem. In quibusdam em̄ magis debet hō assistere pa
 rentibus q̄ vxori. Sed q̄rtum ad vnionē carnalis copule ⁊ co
 habitationis relictis oibus parentibus homo adheret vxori.
 Nō ergo si n̄pliciter relictis oibus: qz nō his que ad parentes
 p̄tinent quibus subueniendū est. ideo Hieronymus in epla d̄
 honorandis parētibus ait. Foueat senectus parentū ⁊ factis
 eoz vicissitudo reddat. Habet em̄ quandā senectus infantia.
 hec Hieronymus. Et sic patet questio. ¶ Quinto sup isto p̄ce
 pro iterum mouet talis questio. Utrum hō debeat magis di
 ligere filiū q̄ patrem: ⁊ videt q̄ sic: qz gratia pficit naturas
 sed naturaliter parētes plus diligūt filios q̄ ab eis diligant
 vt obs dicit in. viij. li. physicoz. ergo debemus magis dilige
 re filios q̄ parētes. Huic questioni respōdet sanctus Tho. in
 ij. ij. q. xvi. ar. ix. vbi dicit qz gradus dilectiōis cōsiderari pōt
 dupliciter. Uno modo ex pre obiecti: ⁊ sic illud qd̄ h̄z maiores
 rōnem boni est magis diligēdū: qz est deo filius. ⁊ ideo pater
 est magis diligēdus q̄ filius: qz patrē diligimus sub rōne p̄n
 cipij quod habet rōnem eminētioris boni ⁊ deo filioris. hinc
 Ambrosius sup illud Ad Arb. honora patrem: dicit sic. Prim⁹
 gradus pietatis est iste vt quos actores tibi voluit esse deus
 honores obsequijs: abstineas cōrumelijs. Nec vultu ledenda
 est pietas parentū: hec Ambrosius: ⁊ Crisostom⁹ super illud.
 Adulter ecce filius tu⁹. dicit sic. Docet nos x̄ps vsqz ad vltimā
 respiratiōnē parentum diligentia habere. Quia em̄ alijs mu
 lierib⁹ astantib⁹ nihil dixit: docet nos plus aliquid ipendere
 parentib⁹. hec Crisostomus. Alio modo cōputat gradus dile
 ctionis ex parte ipsius diligētis: ⁊ sic magis diligit: qd̄ est cō
 iunctius: ⁊ h̄m hoc filius est magis diligendus q̄ pater: vt
 Philosophus dicit in. viij. ethicoz. Doc autē p̄batur quadru
 plici rōne h̄m Tho. ibidem. Et egidium romanū in. ij. li. de re
 gimine p̄ncipum. parte. ij. c. iij. Primo quidez: qz parentes di
 ligunt filios vt aliquid sui existentes. Pater autē nō est aliqd
 filij. Et ideo dilectio h̄m quā pater diligit filiū familiarior est di
 lectioni qua q̄s diligit seipm. Amor ergo parentū erga filios
 p̄cedit a causa ad effectum: ⁊ a supiori ad inferius. S; amor



Hieronym⁹:
 Nota distin
 ctionem sanc
 tti thome.



Hieron ym⁹

Quinta qd̄.
 Utrū debe
 at q̄s magis
 diligere filiū
 q̄ patrem.
 P̄hus.
 Sanct⁹ tho:
 mas.



Ambrosius:

Crisostom⁹.



P̄hus.
 Sanct⁹ tho:
 Egidius ro:
 manus.
 Prima rō:



Filiorum ad patres pcedit ab effectu ad causam ⁊ ab inferiori ad superius. Naturale est autē q̄ superiora influunt in inferiora ⁊ pseruant ea: nō autē econuerso. Parentes ergo naturaliter afficiunt ad filios vt influant in eos: ⁊ vt cōgregent eis bonay possessiones ⁊ nūmismata. Filij nō econuerso nō pgregant p patribus suis: imo potius diripiunt ⁊ rapiunt bona parentū q̄ inferiora nō influunt in superiora: s̄ sunt eis subiecta. ¶ Secunda rō sumit ex certitudine plis. Nam parentes magis sunt certi de sua ple q̄ ples de suis parētibus. Ples em̄ certificari nō pōt nisi ex auditu ⁊ quibusdam signis. Parentes autē statim cognitionem habent de ipsa ple. Ideo tanto amor est validior q̄to apud parētes est maior certitudo de ple. Et ex hac rōne pbatur q̄ matres plus diligunt filios q̄ patres: q̄ de illis certiores existunt: patres vero habent solam opinionam. ¶ Tertia ratio sumit rōne p̄pinq̄uitatis vel vnionis. Nam filius est magis p̄pinq̄uus ⁊ vnitus patri q̄ econuerso. Luz ergo amor quādam vnionē importet: q̄ amor nil aliud est q̄ q̄dam vis vnitiua ⁊ concretua amātis cū amato. Ideo filij tā q̄ magis vniti ⁊ magis p̄pinq̄ui parētibus magis diliguntur ab ipsis q̄ econuerso. Filij em̄ sunt quedā pars parentū: pars autē magis vnitur cū suo toto: q̄ apprehendit ab ipso q̄ totū vnitur parti q̄ ab ea cōprehendi nō potest. ¶ Quarta ratio sumitur rōne durationis. Nam q̄to amor magis durat tāto efficitur vehementior. Amor autē parentum ad filios vehementior est q̄ filiorum ad parētes. Statim em̄ pater incipit diligere filiū: filius autē tempore pcedente incipit diligere patrē. Dilectio autē diuturnior est fortior s̄m illud Ecclesiastici. ix. c. Non relinquant amicum antiquū: nouus em̄ nō erit similis illi. Et sic patet q̄ filius magis diligitur a patre q̄ econuerso. ¶ Propter q̄d a parentes spectat dirigere filios ⁊ sollicitari circa regimen eorum: q̄ quilibet sollicitus esse debet circa ea que vehementer amat ⁊ diligit. Ad id vehemēter excitamur clarissimo exemplo patientissimi ac beatissimi Job qui summam vigilantiam circa filioꝝ suorum disciplinam seruauit. Vñ Crisostomus circa finē. iij. lib. contra impugnātes vitam monasticā: dicit sic. Job sanctissimū virum eū ex virtutib⁹ reliquis scriptura collaudat q̄ fuerit iustus: q̄ verax: q̄ religiosus: q̄ pius: tamen ex eo maxime q̄ filioꝝ optime nutriendorum habuit summā diligentiam. Non em̄ ea cura vtebat vt aurum illis copiosissime acquireret: nō vt humana gloria vendens ac illustres cerneret. Sed quid ille tandē requirebat? Audi quid scriptura dicat. Cum cōsummati inquit essent die

Secunda ratio.

Mater magis diligit filium rōe certitudinis.

Tertia rō.



Quid est amor.

Quarta rō.



Nota d̄ Job Crisostom⁹. Job laudat q̄ habuit summā diligentiam



Oēs pates debēt excita

es coniuuij mittebat. Job ⁊ sanctificabat eos. Consurgensq; diluculo offerebat p̄ eis sacrificia p̄ singulos eorum. Dicebat em̄ Job in code suo. Ne forte benedixerint deū filij mei in cordibus suis: vlla me iam nobis erit excusatio: qm̄ is q̄ ante gratiam ante legem fuit: qui nullo sacrarum litterarū magisterio instructus erat: tantam filioꝝ ostendit p̄uidētiam: vt de incertis quoq; eozꝝ ⁊ occultis tremere paueretq; delictis: que nam nos iam excusabit rō: qui cū simus sub gratia cū huiusmodi exemplis abundemus: totq; monitis erudiamur: non modo p̄ occultis incertisq; filioꝝ peccatis nō metuimus vtz aperta quoq; ⁊ manifesta scelera eozꝝ contēnimus. hec **Erisostomus**. Iterum **Erisostomus** cōtra parentes qui solum corpora filioꝝ diligunt: aīam autē contēnunt. sup̄ illud **Matth.** Accesit ad eū mater filioꝝ zebedei ita inquit. **Matres** corpus natoꝝ suozꝝ amant: aīam autē contēnunt. Desiderant em̄ illos valere in seculo isto: ⁊ nō curant quid sint passuri in illo. Alij patres militias filijs p̄uidēt. Alij honores: ⁊ nemo filijs suis p̄uidet deus. Perditionē illorum cū magno p̄cio cōparant ⁊ salutē illozꝝ: nec dono accipe volunt. Si viderint illos paueres tristant ⁊ suspirāt. Si autē viderint illos peccantes nemo tristat vt ostendāt qz corporū parentes sunt nō aīaz. hec **Erisostomus**. ¶ Et iā **Hieronymus** ad **Tirasium** de morte filie circa mediū eplē. Que quidem epistola incipit. Benedicto ⁊ dilectissimo parenti **Tirasio**: sic ait. Destitutos se a morientibus filijs parentes conquerunt. Et viuos filios aut propter honores: aut p̄pter negocia peregrinis regionibus credūt. Et gaudent tota vita sine filioꝝ affectibus commozari: dū modo capiant qđ cupiunt de suis pignozibus adipisci. Et vt ad palatia p̄gant peregrinant: ⁊ ad studia dignitatis nauigāt acq; renda. Vel ad causas patrimonij aliquas explicādas cum labore ⁊ periculo p̄ficiscentes omnes proprios filios impellūt: nec secum vacare quos diligunt patiuntur. Sed vt ad palatia celi ad studia xpi: ad honorem vite perpetue ad patrimonium possessionis eterne cū securitate valeant peruenire: nemo filios suos a se libenter gratulat̄ abscedere. Ad comparāda peccata gaudent tam parentes a filijs q̄ filij a parentibꝝ puocante dyabolo separari. Ad indulgentiam vero percipiēdam nolunt abinuicem deo puocante discerni. hec **Hieronymus**. Patet itaq; ex dictis q̄ amor parētuz ad filios est validior ac vehemētior q̄ econuerso. Et propter hoc tenentur patres in debitū finē dirigere filios. Atq; eos magis amare fm̄ bonū anime q̄ fm̄ bonū corporis. Ad argumentum autē factum

re filios ad cultū vnus veri dei exēplo beatissimi Job.

Erisostomus arguit parentes q̄ nō animam: s; solū corpora filioꝝ diligunt.



Hieronymus.

Aurea vba.



Sanctus tho.
 videt ad ar-
 gumentum.
 Sexta qd.
 Utrum illi q
 honorat pa-
 rentes conse-
 quat aliquam
 magnam mer-
 cedem a deo
 Sanctus tho.
 Primum desi-
 derabile.
 Secundum desi-
 derabile.
 Tertium de-
 siderabile.

Quartum desi-
 derabile.

Quintum desi-
 derabile.

Ecclastici.

Petrus rauē-
 nas.



Carmina no-
 tanda.



in opostum dico qd parentes naturaliter plus diligunt filios
 fm rōnem cōiunctionis ad seipm. Sed filius naturaliter pl
 diligit patrē fm rōnem eminentioris boni: vt dicit sanctus tho-
 mas vbi supra in responsione ad .ij. argumentum. Et sic patet
 solutio totius questionis. ¶ Sexto et vltimo sup verbo istius
 precepti: cum dicit. Et sis longeuus sup terrā quam dñs de-
 us tuis dabit tibi. Talis mouet dubitatio. Utrum illi q ho-
 norant parentes suos sequant aliquam magnam mercedē a dño
 pter longitudinē vite corporalis. Huic questioni respondet san-
 ctus Tho. in opusculo de decem pceptis dicens. Sciendum est
 q honoratibus parētes quinqz magna desiderabilia pmittū-
 tur. ¶ Primum desiderabile est gratia in p̄senti et gloria in fu-
 ro queduo sunt maxime desiderabilia. Vñ ecclastici. iij. c. ho-
 nora patrem tuū vt supueniat tibi benedictio a deo: et benedi-
 ctio illius in nouissimo manet. ¶ Secundum desiderabile est vita
 ideo signanter dicit in hoc pcepto vt sis longeuus sup terram
 Dicit em̄ longeuitas quasi longa etas. Et ecclastici. iij. c. habe-
 tur sic. Qui honorat patrem suū vita viuet longiore. ¶ Tertium
 desiderabile est habere filios sibi gratos et acceptos. hoc
 pmittit Ecclastici. iij. c. sic. Qui honorat patrē suum iocundabi-
 tur in filijs et in die orationis sue exaudiet: ideo Math. viij. c.
 In qua mensura mēsi fueris remetiet vobis. Nota remetiet
 vobis: id est iterum mensurabit. ¶ Quartum desiderabile est ha-
 bere famam laudabilem quā oēs magno desiderio appetunt. hec
 pmissio habet Ecclastici. iij. c. sic. Gloria est hoīs ex honore pa-
 tris sui. Et iterum ibidem habet sic: qz male fame est qui de-
 linquit patrem: et est maledictus a deo: qui exasperat matrem.
 ¶ Quintum desiderabile est habere diuitias. Quod magnum est
 istud desiderium in cunctis hoibus. Quod quot labores. die noctuqz
 qz sustinent miseri mortales ppter diuitias acquirēdas. Sed
 hoc desiderium diuitiarum adimplet ex honore parentū. Ecclastici.
 iij. c. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autē
 matris eradicat fundamēta. hinc Petrus rauēnas in quodā
 sermone ait. Auelle a sole solis radiū et nō lucet. Riuum a fon-
 te et arefcit. Ranū ab arboze et exficcat. Mēbrum a corpe et pu-
 trescit. Separa filiū a deuotione paterna et iam nō est fili⁹ sed
 frater: et collega illoꝝ de quibus dicit. Vos ex parte dyabolo
 estis. hec ille. Patet itaqz ex dictis determinatio questionis.
 Sed p cōplemento explanatiōis huius pcepti. Notabis car-
 mina sup eodem doctoris eiusdem que sequunt. ¶ Qui precepta dei contēnit iussaqz legis.
 Vel qui noluerit parere parentibus atqz,

Alere si possit miserōs: inopes ⁊ egenos.
 Iridentēq; patrem vel matrem vel maledicens.
 Herberat: opprobrians: blasphemans: aspere turbans.
 Mortur aspernēs: habeas in honore parentes. *Vec ille.*
 ¶ De quinto precepto diuine legis.



Quintum preceptum diuine legis

scribit Exodi. x. c. sic. Non occides. Per qđ qđ dem pceptum explicite phibet homicidium sed implicite: vt inquit sanctus Tho. in. ij. q. cxxij. ar. vi. in rñsione ad scđm arg. phiben tur oia nocumēta que in psonam primi inferuntur: sicut dicit Leuitici. xix. c. Non stabis qđ sanguines primi tui. Et sicut phibet odium primi: iurta illud Leuitici. xix. c. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. s; publice argue eus. Et breuiter in hoc pcepto phibet ois motus ire qđ primus siue ille motus sit tñ in corde: ⁊ tunc pprie dicit ira siue sit in ore ⁊ tunc dicit cōtumelia: siue sit in ope vt est percussio circa mortē. ¶ Est atq; considerandū ad maiorē euidentia sicut Tho. in. iij. opusculo: qđ tripliciter fuit erratū ab antiqs qđ istud pceptū. Quidā enim dixerunt qđ nō lz occidere etiā bruta aialia: s; hoc falsum est: qđ nō est pctm vti illis qđ sunt subdita hoīs ptati. phs etiā dicit i politica qđ venatio est sicut iustū bellū. Quidā alij dixerūt qđ p istud pceptum phibitū est homicidiū quocunq; ⁊ qlitercūq; qđ vñ homicidas dicūt esse iudices seclares qđ pdenant sicut leges aliquos ad mortē. qđ quos dicit Aug. qđ deus p hoc pceptum nō abstulit eis ptatem occidēdi. Vñ deute. xxxij. c. Ego occidā ⁊ ego viuere faciā. Est ergo licitū illis qđ mandato dei occidūt: qđ tñc deus hoc facit cū ois lex mandatū dei sit. hinc puer. viij. c. Per me reges regnāt ⁊ leges peditores iusta decernunt. Propterea Aug. in. i. li. de ciuitate dei. c. xxvi. ita inquit Nam ⁊ miles cū obediēs ptati sub qđ legitime pstitur est hoī minem occidit nulla ciuitad sub lege reus est homicidij: imo nisi fecerit reus est iperij deserti atq; pempti: quod si sua spē atq; auctoritate fecisset crimē effusi humani sanguis incidisset. hec Aug. Cū ergo dicit nō occides: est sensus. Nō occides propria auctoritate: vt exponit scđs Tho. vbi supra. ¶ Quidam alij dixerūt qđ p hoc pceptū nō occides phibet quidē nō occidere aliū: sed nō phibet quin hō possit occidere seipm. Et sic legimus plures phos seipfos occidisse: vt Cleantē. Crispum Zenonē. Empedoclē. Cathonē vtricēsem. Democritū. Ambrachiotē. ⁊ Theobitū. Isti octo pbi seipfos interfecerūt: vt scri

h ij.

Nota qđ dicit sanctus thomas. Leuiticus. Fterum.

Sanctus tho. Pulchra explanatio ⁊ op diuersa opinabant anti qui de homicidio.

Augustinus Quō liceat occidere hoī minem.

Augustinus Nota verba augustini.

Sanctus tho. Alia opinio an hō possit occidere se ipsum. Octo pbi occiderunt se ipsos.

Lactantius
De curtio ro
mano.

De Bruto et
Arunte.

De detio.

De marco re
gulo.

De codro.

De epaminū
da.

Lucretia oc
cidit seipam
Titus liui?
Augustinus
Valeri⁹ ma
ximus.
Quidius.
Epithaphiā
Lucretie.



Qui occidit
seipm graui
us peccat.
Augustinus
Lactantius.



bit. Lactantius in. iij. li. diuinarū institutionū. c. xvij. Sūt. alij
plures p̄ter istos q̄ se dederūt in mortes: vt curtius roman⁹ q̄
cū esset animi ac generis nobilissim⁹ adolescēs p̄cipitem se de
dit: teste Valerio maximo in. v. li. c. vi. De hoc facto curtij etiā
Aug. scribit in. i. iij. li. de ciui. dei. c. xl. Et titus lipi⁹ in. viij. li. d
origine vrbis. ⁊ Paulus oros⁹ in cronica sua li. iij. ¶ Iun⁹ q̄
brutus p̄mus cōsul romanorū etiā se dedit in mortem. Nam
cecidit Brut⁹ mutuis cū Arunte vulnerib⁹: vt inquit Valeri⁹
maxim⁹ in. v. li. c. vi. Et Aug. in. iij. li. de ciui. dei. c. xvi. Et pau
lus orosius parū post p̄ncipium. ij. li. cronice sue. ¶ Sil⁹ Deti
us pater ⁊ detius filius se obtulerūt ad mortē: vt scribit Au
gu. in. v. li. de ciui. dei. c. xvij. ⁊ Marcus tull⁹ in. iij. li. r̄beto
rice noue. Et Titus liui⁹ in lib. viij. de origine vrbis. ¶ Idem
egit Marc⁹ regulus q̄ vt ait marcus tull⁹ quasi in fine tertij
li. de officijs: maluit e medio tolli q̄ fidē hosti datā abnegas
re: de cuius laudib⁹ ibidē plene scribit Tull⁹. ¶ Sic codrus
rex atenienfū elegit mortē: vt scribit Iustinus abbreviator
trogi Pōpei in. ij. li. ⁊ Valerius maxim⁹ in. v. lib. c. vi. ¶ Epa
minudas pariter dur thebanorū p̄ salute patrie: hasta trās
fixus est: vt habet Valerius in. ij. li. c. ij. Sed hī oēs sicut fue
runt audissimi gloria ⁊ quasi ebrj v̄tūm pompā mundi: at
q̄ auram humani fauoris infecuti: sic pariter fumos: nebulas
uentum ⁊ auram cōsecuti sunt. ¶ Amplius Lucretia romas
na occidit seipam ne vlla impudica viueret suo exemplo: cui⁹
hystoriā pulchre narrat. Titus liui⁹ in fine p̄mi lib. de origine
vrbis. Et Augu. in. i. lib. de ciui. dei. c. xix. Et Valerius mari
mus in. vi. li. c. i. huius Lucretie epytaphiū ab⁹ Quidio credis
tur esse cōpositum in hunc modum.

¶ Cum foderet ferro tenerum lucretia pectus:

Sanguinis ⁊ torrens egrederetur ait.

Accedant testes me non fauisse tyranno.

Ante virum sanguis spiritus ante deos:

Quam bene p̄ducti pro me post fata loquentur.

Alter apud manes: alter apud superos:

¶ Isti igitur omnes homicide sunt: ⁊ cum Lucretia eternas
luunt penas: quia vt ait Augustinus qui se occidit: homines
vriq̄ occidit. Si ergo non licet hominem occidere. Ergo nec
seipsum: immo grauius hoc scelus indicatur. Vnde Lactanti⁹
in. ij. li. diuinarum institutionum. c. xvij. dicit sic. Nam si hoc
micide nepharius est: q̄ hominis extinctor est eidē sceleri obs
structus est qui se necat: q̄ hōminem necat: immo vero mar
tus, esse id facinus existimandum est cuius vltio deo soli sub

facet. Nā sicut in hanc vitā non nostra sponte venim⁹: ita rur-
sus ex hoc domicilio corporis qđ tuendū nobis assignatus est
eiusdē iussu nobis recedendū est qđ nos in hoc corpus induxit
tandiu habituros donec iubeat emitti. Et si vis aliqua in-
feratur equa mente patiendus est: cū extincta innocentis aia
intra esse nō possit: habeamusq; iudicē magnū cui solivindi-
cta integra semp est. hec Lactantius. ¶ Sed nota qđ legimus
pariter in scripturis sanctis qđ plures qđ seipsos perimerunt:
quoz p̄mus fuit Sanson qđ p̄cessit in figura xpm: de cui⁹ mor-
te hī Judicū. xvi. ca. de quo Augustin⁹ in. i. lib. de ciuitati dei
ca. xvi. scribit qđ illa mors fuit ordinata a sp̄s̄sancto. Et simi-
liter dicit Aug. ibidē: de quibusdā sanctis feminis que tpe p̄-
secutionis vt sectatores sue pudicitie deuitarent se in fluuijs
p̄iecerūt: eoq; modo defuncte sunt: quarū martyria in catho-
lica ecclia veneratione celeberrima frequētantur. Hoc fecerūt
nō humanit⁹ decepte sed diuinitus iusse. De razia etiā nobilis-
simo milite legim⁹ in. ij. lib. Macha. c. xiiij. qđ seipm aiose ac
magnifice in mortē dederit. cui⁹ mors cōmendatur ac laudib⁹
extollit a doctorib⁹ catholicis eo qđ ob reuerentiā dei: atq; ob
salutē boni publici sumata fuerit. Eleazarus pariter gloria
et honore degnus est: qđ p̄ tuitione gētis sue sub pedes elephā-
tis se supposuit et occidit eū: at elephas cadēs similit̄ illū pere-
mit vt dicit. Machab. vi. c. ¶ Taceo alioz machabeoz trium-
phos quoz mors venerāda ac p̄ciosa est in aspectu dñi. Saul
quoq; occidit seipm fugiens a facie philistinoz in montibus
gelboe vt p̄ in. i. lib. Reg. ca. vlti. de cui⁹ salute dubitat. Nā
doctores hebreoz vbiq; tenent eū saluū. Dicūt eim⁹ qđ seipsum
occidit intuitu diuini honoris ne in ip̄o fierent ludibria in cō-
temptū dei cū esset rex israel. Doctores autē catholici cōiter te-
nent Saulem esse dāpnatum. Sed vide si vis nicholaū de ly-
ra qui plura notabilia dicit sup hac hystoria. Etiā doech armi-
ger saulis se interfecit vt dicit. Reg. vlti. c. Qui qđdem doech
nec ab hebreis nec a latinis doctoribus excusat qn̄ desperans
se occiderit. ¶ De seneca vero dicit qđ elegerit sibi mortē optione
sibi data. vnde Boeti⁹ in. iij. li. de solatōe p̄sa. v. dicit sic. Ne-
ro seneca familiarē p̄ceptorēq; suū ad eligende mortis coegit
arbitriū. Idcirco sunt qđ dicūt qđ seneca esset martyr si genus
mortis nō elegisset. Nā elegit vt in vtroq; brachio minueret
vt sic in balneo quasi insensibiliter moreretur. Sed quicqđ di-
catur de tam factū dissimo ac eruditissimo viro. Hoc scio qđ p̄
doctoz hieronymus inter illustres ac sanctissimos viros illuz
collat. Unde in lib. de viris illustribus dicit sic hieronymus.

Sanson occi-
dit seipm et
qd est de sa-
lute eius.
Augustin⁹.
Quedaz scē
femie seipas
dederunt in
mortem.
De razia no-
bilissimo mi-
lite.
De eleazaro.

De saule,
Hebrei opi-
nantur.
De saule qđ
fit saluat⁹.
Doctores ca-
tholici tenēt
oppositum.
De doech.
De seneca qđ
elegit sibi
mortem.

Sūt qđ dubi-
tāt de seneca

Hieronymus
 13 in fauore
 senecae,

Nota verba
 hieronymi.



Occisio hois
 potest esse iniu-
 sta triplici
 causa.

Duplex est ho-
 micidij gen-
 eris. Homicidij
 spirituale fit
 quatuor modis.



Homicidium
 corporale fit
 etiam quatuor
 modis.
 Iohannes.

Ecclesiasticus
 Exodus.

homicidium
 corporale fit
 ore.
 homicidium
 fit adiutorio

Seneca cordubensis socrionis stoici discipulus et patrum Iudaeorum
 poetarum continentissime vite fuit. Quem non ponere in cathalogo
 sanctorum nisi me ille littere perocarent que leguntur a pluribus
 pauli ad senecam et senecae ad paulum. In quibus cum esset He-
 ronimus magister et illius temporis potenterissimus et optare se dicit
 eius loci esse apud suos cuius sit paulus apud christianos. Hic
 ante biennium quam petrus et paulus martyrio coronaretur a nero
 ne interfectus est. hec hieronymus. Sic igitur patrum ex dictis quod nul-
 li licet quouismodo se occidere nisi auctoritate dei aut instin-
 ctu spiritus sancti mors fuerit reuelata. Quapropter cum lex dis-
 uina precepit dicens. Non occides. Intelligere debes quod in hoc
 precepto prohibetur ois occisio iniusta quam tripliciter potest fieri. Pri-
 mo ex causa ut in illo quod occidit sine culpa. Secundo ex ordine:
 ut cum ille qui non est minister legis occidit. Tertio ex animo ut
 quando minister legis occidit non amore iusticie sed libidine vindi-
 ctę. Nota ergo quod duplex est homicidij generis scilicet spirituale et cor-
 porale. Homicidium spirituale fit quatuor modis. Primo omittens
 do: ut cum quis videt proximum in extrema necessitate et non sub-
 uenit ei. hinc ambrosius ait. Pasce fame morientem si non paueris
 occidisti. Secundo fit corde: ut cum quis odit proximum suum. Ideo. i.
 Jo. iiij. ca. 21. Qui odit fratrem suum homicida est. Et augustinus
 in regula ad clericos ait. Vires aut nullas habeatis: aut quam ce-
 lerissime finiatis ne ira crescat in odium et trabem faciat de festuca
 et aiam faciat homicidam. hec augustinus. Tertio fit ore scilicet de-
 trahendo hoc modo: quod ille cui detrahitis occidit in conscientia il-
 lius qui audit detractoris: in qua prius viuebat per bonam famam.
 Quarto quomodo fit opere sic: ut quando malo exemplo datur alicui
 occasio ruine. Sed homicidium corporale fit etiam quatuor
 modis. Primo fit manu. Iſaye. i. c. Manus enim vestre sangui-
 ne plene sunt. Nota quod horribile sit peccatum homicidij. Non enim
 est solum contra charitatem proximi qua precipitur ut diligas proximum
 sic teipsum. de quo dicitur prima Iohannis. iij. c. Ois homicida non habet
 vitam eternam in se manentem. Verum etiam est contra naturam ho-
 minis: quod ut dicitur Ecclesiastici. xiiij. cap. Omne animal diligit
 sibi simile. Propterea exodi. xxi. ca. Qui percusserit hominem vo-
 lens occidere morte moriatur. Et hic quidem crudelior est lupo de
 quo dicitur in. iij. lib. animalium quod si lupo detur caro lupi non come-
 dit. Secundo homicidium corporale fit ore ut quando datur consilius
 alicui contra aliquem puocando vel accusando vel detrahendo
 hinc dauid in psal. ait. Filij hominum dentes eorum. arma et sagit-
 te et lingua eorum gladius acutus. Tertio committitur adiutorio
 Et ideo Salomon nos reddit cautos. Proverbiorum. i. ca. dicens.

Fili mi ne ambules cum eis: pedes enim illoꝝ ad malum cur-
runt ⁊ festinant vt effundant sanguinē. Quarto homicidiū
cōmittitur cōsensu: de quo paulus ad Roma. i. ca. Digni sunt
morte nō solum qui ea faciūt: sed etiam qui cōsentiunt faciē-
tibus. Consentis autem quodāmodo quādo potes impedire
⁊ nō impedis. Unde puerbioꝝ. xliij. ca. Erue eos qui ducunt
ad mortem. Hinc marcus tullius in. i. libro de officijs. ita inq̄t
Nam qui iniuste in quempiā impetū facit aut ira aut aliqua
perturbatiōe excitatus is quasi manus violētās inferre videt
socio. Qui autē nō defendit nec obstitit si pōt iniurie: tam est
in vicio q̄ si parētes aut amicos aut patriā deserat. hec tullius
Et sic p̄tꝝ quot modis cōmittitur homicidiū. Superest vt vi-
deamus quid de isto p̄cepto dicat auctor ille: cuius nomen et
si mihi incognitū sit. in libro tamen vite credimus descriptū.
Sic enim ait.

Occisor verbo: facto: vel corde suasor
Incitat ⁊ causans: cupiensq; procurat aborsum.
Uerberat ⁊ mandans: faciens vel tomeamenta
Si iudex ceperit ex sacro limite prauum
Sacrilagus factus ac ledens vel mutilator
Non sis occisor: frangens mortaliter egit. hec ille.
¶ De sexto precepto diuine legis.

homicidium
fit consensu.
Paulus.

Proverbioꝝ
Abare? tullius?



Nota hos
versus.



¶ Tertius preceptū in ordine totius

decalogi scribitur Exodi. xx. ca. sic. Non me-
chaberis. Et Quis istud p̄ceptum videatur
phibere solūmodo adulteriū: quia mecha-
idem sonat quod adulteriū. Inde dicit me-
chor mecharis mecharus sum. Unde mecha-
ri id est adulterari. Nihilomin⁹ in hoc precepto s̄m August.
in lib. de deceꝝ cordis. Et sanctū Thomā in. ij. q. cxxij. ar. vi.
in respōsione ad. ij. argu. Et iterum. iij. opusculo de decem pre-
ceptis. Non solū phibetur adulteriū: sed etiam omnis illicit⁹
concupitus ⁊ ois illegitimus vsus vel tactus membꝝoꝝ gene-
rationis. Largius ergo intelligendū est hoc preceptum. Unde
etiam carnalis cogitatio que subtrahit mentē a deo. ⁊ omnis
libidinosa ꝑcupiscētia ⁊ ois adulterina actio: atq; ois illicita
cupiditas vel carnalis corruptio pōt dici mechario. Hinc ve-
ritas matth. v. c. ait. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eas-
iam mecharus est eam in corde suo. Super quo verbo hiero-
nymus in explanatiōe super mattheū lib. i. Ira inquit. Inter
passionē ⁊ ꝑpassionē hoc inter est q̄ passio reputat in vicio.

Mecharia so-
nat adulterius
Augustin⁹.
Scrūs tho.

Nota q̄ h̄ p̄-
ceptū largi⁹
intelligēdū ē.

Hieronym⁹:
Est differens-
tia inter pas-

flonē ⁊ ppaf
flonem.



Nota q̄liter
hō pōt offen
dere ꝑ istud
pceptū quat
tuor modis.
P̄uo mecha
tur quis per
seipsum.

Sc̄tūs Tho.
Mollicies ē
pctm̄ grauis
simum.

Nota de her
⁊ onam.



Her occidit
a domino;
Sic onā per
cutit a deo.
Sc̄do mecha
tur quis per
vitiū sodo
miticum.
Paulus.

Propassio viciū culpam habeat: tamen nō tenetur in crimine.
Ergo qui viderit mulierē ⁊ aia eius fuerit titilara. hic ppas
sione percussus est: si vero cōsenserit: ⁊ de cogitatōe affectum
fecerit sicut scriptū est in dauid. Trāserunt in affectū cordis.
De ppassione trāsiuit ad passionem. Et huic nō volūtas pec
cati deest sed occasio. Quicūq; ergo viderit ad concupiscendū:
id est si aspererit vt concupiscat vt facere disponat. Iste recte
dicit eam mechari in corde suo. Dec hieronymus. Nota ergo
q̄ quattuor modis pōt homo mechari: id est offendere contra
hoc pceptū. Primo modo mechari quis operādo turpia per
seipsum. Quod q̄dem scelus dicit mollicies. Et pprie mollis
dicitur ille qui vigorem sexus eneruati corporis dedecoret: et
quasi mulier emolliatur. Est autē hoc viciū nō solum turpis
simum: sed etiam grauissimū. Unde paulus. i. ad corinth. vi.
ca. ait. Neq; molles regnā dei possidebūt. Dicit autem mol
les s̄m Thomā in cōmento aureo super eodem passu. Mares
muliebria faciētes. Qui ergo sic seipsum polluedo deturpat
grauissime peccat: q̄ frustratur omnino tota intentio nature
cum nō possit sequi generatio. ideo tale opus horribile est et
mortale. Et excludit a regno dei vt inquit paulus. Propterea
legim⁹ in lib. gene. lxxviii. ca. de duobus filiis iude: scz Her et
Onam qui erāt hoc vicio maculati ⁊ percussi ac exterminati
sunt a dño. Nam dicit ibidem ⁊ Her primogenit⁹ iude fuit
neq; in conspectu dñi. Sed que fuerit eius nequitia in textu
nō exprimit. Ideo dicūt doctores hebreorū ⁊ iste Her fuit sis
milis in neq̄cia cum fratre suo onam. qui in coitu cū sua vxore
studebat fundere semen in terra id est extra vas muliebrie. S;̄
Her hoc scelus faciebat alio motiuo. Nam libidinoso afficiē
batur ad suam vxorē Thamar. Et ideo cauebat ne impregna
retur: ne ex tali impregnatiōe pulchritudo eius minueret. Et
ne eius cōcubitu ad tēpus priuaretur scz cum esset p̄p̄inqua
partui atq; in partu iacens vsq; ad purificationē. ideo a dño
occisus est. De Onam autē dicit in textu ⁊ Judas pater eius
dixit ei. Ingredere ad vxorē fratris tui ⁊ sociare illi vt susci
tes semen fratri tuo. Ille autem sciens nō nasci sibi filios se
men fundebat in terra ne liberi fratris noie nascerētur. Et pro
pter hoc percussit euz dñs eo q̄ rem detestabilē faceret. Et sic
ptz q̄ identitas pene attestat similitudini culpe. Sc̄do mō
mechari quis p̄ viciū sodomiticū quod q̄dem inter oēs turpis
tudines lururie est grauissimū ⁊ magis deo ⁊ hoibus abomi
nabile. Huius miserie grauitatē ostēdit Paul⁹ ad Roma. i. c.
dicens. Tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam scz

mine eorū immutauerūt naturales vsum in eum vsum qui est contra naturā. Similiter autē et masculi relicto naturali vfu femine exarcerūt in desiderijs suis in inuicē masculi in masculos turpitudinē operātes: et mercedē quam oportuit erroris sui in semetipsis recipiētes. hec Paulus. Nota s̄m Thomā in cōmento aureo super hoc passu. Nam cū dicit apostolus. Tra didit illos deus. intellige. nō q̄dem in pellēdo in malum: sed deserendo. Et cum dicit passides ignominie: id est in peccata contra naturā. Que iuste dicūtur passiones ignominie: quia nō sunt noīe digna. s̄m illud ad Ephe. v. c. Que agūtur in oculto ab eis turpe est dicere. Manifestū est autem vt inquit Thomas ibidē q̄ s̄m nature intentionē cōmixtio sexuum in aiabus ordinatur ad actum generatōis. Unde oīs cōmixtionis modus ex quo generatio sequi nō potest est cōtra naturā hominis inq̄tum est animal. Et s̄m hoc naturalis vsus est: vt vir et mulier in vno cōcubitu coeant. Contra naturam vero est vt masculus masculū polluat: et mulier mulierē. Et eadem ratio est de omni actu coitus ex quo generatio sequi nō potest hinc Augustin⁹ de adulterinis cōiugijs: et habetur. xxiiij. q. viij. Adulteri. Ibi enim enumeratis q̄busdam speciebus luxurie. ita inquit. horum oīm pessimū est quod contra naturam fit: vt si vir membro mulieris nō ad hoc concessio voluerit vti vsus em̄ naturalis si vltra modū plabitur: in vxore q̄dem veniale peccatum est: in meretrice dānabile: sed istud quod cōtra naturā est execrabiliter fit in meretrice: sed execrabilius in vxore. hec ibi. Sed ad quot et ad quanta mala deueniāt illi qui similib⁹ spurcitijs sunt inuoluti: ostēdit Paulus vbi supra. ita subiungens. Et sicut non pbauerunt deum habere in noticia tradidit illos deus in reprobū sensum vt faciant ea que nō conueniunt repletos omni iniquitate: malicia: fornicatione: auaricia: nequitia: plenos inuidia: homicidijs: contētionē: dolo: malignitate: susurrōnes: detractōes: deo odibiles: cōtumeliosos superbos: elatos: inuētores malorū: parētibus nō obediētes: insipientes: incōpositos: sine affectione: absq̄ federe: sine misericordia. Qui cum iusticiā dei cognouissent non intellexerūt quoniam qui talia agunt digni sunt morte: non solum qui ea faciunt: sed qui etiam consentiunt facientibus. hec Paulus. Nota hic s̄m Thomam in cōmento aureo super hoc textu cum dicitur. Repletos omni iniquitate. q̄ ille videtur repleti iniquitate cuius affectus est totaliter ad peccandum dispositus: s̄m illud Psal. xiiij. ca. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est. Tales sunt sodomite qui ardore illo ce-

Sct̄s thomas pulchre declarat s̄ba bti pauli.

Dis coit⁹ et quo nō seq̄ gñatio est cōtra naturā. Augustinus



Sodomite a scelere in scelus labūtur. Paulus:



Sanc⁹ tho.

Sodomite
sunt pessimi
coram dño.



Peccata so-
domie icepes
runt simul cū
idolatria.



Nota d̄ iaso
ne pessimo.

Tertio me-
chat̄ q̄s cum
aialib' bzud.
Nota d̄ illis
q̄ peccāt cuz
bzud aialib'.

Quarto me-
chat̄ q̄s cum
vxoze alteri?
Adulter d̄z
puniri pena
mortis.



Sex s̄ spēs
luxurie cum
mulieribus.

cati sceleris in scelus furibundo impetu labuntur. Ideo exo-
di. xix. c. d̄. de sodomitis q̄ erant pessimi coram domino quos
deus igne ⁊ sulfure cōsumpsit ⁊ ciuitates eoz subuertit. Pro-
pterea s̄m leges humanas ac diuinas debent sodomite occidi
ac decapitari. vnde Leuit. xx. c. d̄. sic. Qui dormierit cū mascu-
lo coitu femineo vterq; operatus est nephas: morte moriatur.
hec ibi. ¶ Est etiam diligenter aduertendū s̄m Thomā in cō-
mento aureo sup epistola ad Roma. i. c. lectione. viij. q̄ satis
rationabiliter apostolus vicia p̄tra naturam que sunt grauiss-
sima inter peccata carnalia: ponit idolatrie penā: qz simul cuz
idolatria incepisse videntur: scz tpe abrahe: quando creditur
idolatria incepisse. Unde ⁊ tunc p̄mo legūtur in sodomid pu-
nita esse. vt d̄ Bene. xix. c. Simul etiā idolatria crescente hui-
usmodi vicia creuerūt. vnde d̄. ij. Achaba. iij. c. q̄ iason au-
sus est sub ipsa arce p̄pe templum domini gymnasiū consti-
tuere: id est scholam gentilitatis. Et optimos quoq; ephebes
rum in lupanaribus ponere vt exerceretur in eis vitium contra
naturam. Nota q̄ ephesus d̄ ab e ⁊ phebus. hic ephesus. id
est valde lucidus: scz iuuenis: pulcher: ⁊ imberbis. similes fue-
runt positi ab isto iasone in lupanaribus. Erat autem hoc nō
initium sed incrementū quoddam gentilitatis apud iudeos: p̄-
pter imperij iasonis nephariū ⁊ inauditū scelus. ¶ Tertio me-
chatur quis cum aialibus bzutis. Tales etiam s̄m humanas
leges ac diuinas debent simul cū iumento interfici. vñ Leuit.
xx. c. dicit sic. Qui cum iumento ⁊ pecore coierit morte mori-
atur: pecus simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit sup eos.
hec ibi. Nota q̄ iumentū simul occidebatur: nō qz peccaret cū
nō habeat liberum arbitriū: sed in detestationē criminis. Et
ne ex aspectu talis aialis aliqui inclinarentur ad idem scelus
¶ Quarto mechatur quis cū vxore alterius. ⁊ talis pp̄rie dicitur
adulter quasi alienū violans thorum: vel adulter d̄z quasi
alienū vterū terens: vel adulter quasi ad alterius vxorem acce-
dens. Qui ergo adulterantur debent puniri pena mortis. vñ
Leuit. xx. c. d̄. sic. Si mechatus quis fuerit cū vxore alterius ⁊
adulterii perpetraverit cum cōiuge primi sui morte moriatur
mechus ⁊ adultera. hec ibi. ¶ Vñ sc̄tus thobias admonens fi-
lium suū dixit ei. Attende tibi fili mi ab oī fornicatione ⁊ pe-
ter vxore tuam nunq̄ patiaris crimen scire. Thobie. iij. capi.
¶ Sed qz in hoc p̄cepto phibetur oīs carnalis corruptio ⁊ ma-
xime oīa que inferunt in psonā cōiunctā p̄ modum libidinis.
Ideo scire debes q̄ sex sunt species luxurie cum mulieribus.

Prima species dicitur simplex fornicatio: que est inordinatus concubitus mulieris solute: vt accederet ad meretrices et concubinas. Secunda species dicitur stuprum: quod quidem est inordinatus concubitus quo integritas virginalis corrumpitur. Tertia dicitur incestus qui est coitus quo vinculum consanguinitatis vel affinitatis vel copaternitatis corrumpitur. Quarta dicitur sacrilegium quasi lesio sacre rei. Vel sacrilegium dicitur inordinatus concubitus quo continentia deo sacrata: violatur: vt in religiosis vel monialibus. Vel cum patribus spiritualibus vt confessoribus vel comatibus. Quinta species dicitur raptus qui fit per violentiam mulieri: vel contra voluntatem parentum. Sexta dicitur adulterium quando quis alienum violat thorum vt dictum est. ¶ Sed querit quis grauius peccat fornicando vel adulterando vtrum vir an mulier. Pro responsione huius dubij considerandum est quod licet inueniantur aliquae mulieres genere: audaces: viriles: sine aliquo pauore deum cordialiter amantes ac timentes. Tamen proprie loquendo mulieres habent naturaliter animum molle: flexibile: timidum: ac vile. Nec in eis est sufficiens robor mentis: propterea dicit philosophus in xix. lib. de animalibus. quod femina est masculus occasionatus. Natura enim intendebat facere masculum: sed ex defectu virtutis formatiue in semine non potuit producere materiam cepti ad perfectionem virilem. Ideo sanctus Thomas in. iij. lib. sententiarum. di. xliij. vbi mouet dubium vtrum oes resurgant in sexu virili. in responsione ad ij. argu. dicit quod mulier subdit viro propter imbecillitatem nature quantum ad vigorem animi et quantum ad robur corporis. Et propter hoc secundum Augustinum de adulterinis coniugijs. Vir est fortior ad resistendum concupiscentie: quia habet rationem magis vigorosam quam mulier. rum etiam quia mulier est sibi ad regendum commissa. Idcirco vir directe et per se grauius peccat quam mulier: quoniam vtriusque fornicatio tam viri quam femine fit mortale. Et notate dicitur quod vir directe et per se peccat grauius: quia peccans execrabilior est mulieris fornicatio: et grauius adulterium eius iudicatur propter multa scandala et damna ac turpia que ex ea sequi possunt: vt plures occisio: filiorum exhereditatio: impedimentum ceptus: procuratio abortus: proliis vilificatio. vnde Sapientia. iij. c. dicitur. Filij adulterorum in consumatione erunt et ab iniquo thoro semen exterminabit. Et si quidem longe vite erunt in nihilum computabuntur et sine honore erit nouissima senectus illorum. hec ibi. Intelligenda sunt hec verba de tali generatione que est imitatrix scelerum patrum vt exponit Robertus holchor. hinc Ecclesiasticus. ix. c. dicitur sic Omnis mulier que est fornicaria quasi stercus in via concubabitur. Et breuiter mulier mechans est sacrilega: proditrix: et

De speciebus
luxurie cum
mulieribus.

Pulchra que
stio.

Mulieres
hnt naturali
ter animum
mollem.
Philos.

Sanctus thomas.



Augustinus.



Vir per se peccat grauius quam mulier.

Mulier per accidens execrabilior offendit et quod.

Robertus
holchor.



Sanctus thomas
mas.

furatrix. teste beato Thoma in. iiii. opusculo vbi agit de decē
preceptis. Et dictis itaq; patet resolutio questionis. Sed pro
complemento huius precepti videamus aurea carmina aucto
ris incogniti: incognitum dico facie et nomine: sed meritis ac
virtute notissimum et clarissimum.

Nota carmi
na que sequuntur.

Quisquis non nuptus miscbitur: ac polluetur.

Per se: mollis erit: si nuptus fiat adulter.

Atq; solutus fornicator: erit sodomita.

Incestumq; parens: et cum virgine stuprum.

Cum moniali scelus magnū: et sacrilegus extat.

Erigit in sacro: qui semine polluit illud:

Uti rapiens raptor: cum brutis bestia fiet.

Qui clam contrahit: vel sponsam preuenit actu:

Spondens contrahere mendax: vt misceat illi.

Et qui contrahit: maiori fune ligatus.

Quinq; modis peccat: vxore maritus abutens:

Actibus illicitis: sequitur cum semen: et extra.

Uas operans: prolem deuitans: semen emittens:

Exercens aliam cupit: arcens firmo petentem.

Inuitans: tangens: inductor: medius extans.

Lubrica verba refert: iactans se: mechus habetur. *Vec ille.*

De septimo precepto diuine legis.

In preceptis
diuine legis
obseruat ordo
mirabilis



Ratio mirabilis eterne sapiētie qui

obseruatur in preceptis decalogi vehementer
pouocat piās mentes ad submitteūdū colla
iugo obedientie diuine legis. Nam si dilige
ter attendas: diuina lex ordinat principaliter
ad prohibendum ne iniuria fiat primo. Et id
circo remouet primo iniuriam proprie persone cum dicit. Non occi
des. Secundo persone coniuncte cum subiūgit. Non mechaberis.
Tertio prohibet iniuriā que potest fieri in rebus primi vt in h
precepto. Non furtū facies. que verba scribuntur originaliter.
Etodi. xx. ca. Considerandū est ergo qd in hoc precepto. Non su
mitur furtū stricte eo modo quo sumit Isidorus in. x. lib. ethi. qd
dicit qd fur dicitur a furueo furues. vlt fur a furuo dictus est. i. a fu
sco: nigro et obscuro: qd nocturno vtitur tpe. Et sic proprie dicitur fur
qd de nocte vadit et pfodit domos. Latro vero dicitur qd latet in sil
uis et expoliat trāsēntes. Itaq; ratio furti est occulta acceptio
rei aliene. Sed in isto precepto intelliguntur prohiberi sicut Tho.
in. ij. q. cxxij. ar. vi. Quia mala ablata et oia dāna illata in reb
primi. Quicūq; ergo rē alienā seu ysum rei aliene inuito do

Quo sumit
furtū sicut in ist
domum.



Sanctus thomas.

mīno retinent furtum cōmittunt vt dicūt dictiores catholici.
 Vnic augustin⁹ in lib. questionū Erodi. q̄ verba habent. xiiij.
 q. v. Penale est. Ita inquit: furti noīe bene intelligit oīs illicita
 usurpatio rei aliene. Non em̄ rapinā pmisit q̄ furtum p̄hibuit.
 Sed vtiq; furti noīe in lege veteris testamēti ⁊ rapinaz
 intelligivoluit. A parte em̄ totū significauit quicqd̄ illicite re
 rum primi affertur. hec Augu. Est ergo notandū diligēt fm̄
 Thomā in opusculo de decem p̄ceptis q̄ inter oīa pctā nullū
 est magis periculosum q̄ furtū. Cuius ratio in hoc est: q̄ nul
 lum peccatum remittitur sine debita satisfactione ⁊ vera pe
 nitentia. De oībus autem peccatis cito penitet quis: sicut de
 homicidio cessante ira. sic de fornicatione cessante passiōe cō
 cupiscentie: ⁊ sic de ceteris. Sed de peccato furti lz aliquando
 quis peniteat: nō tamen de facili satisfaccit: sicut videm⁹ quoz
 tidie ad oculum immo magis ac magis retrahitur peccato: a
 satisfactione ex eo q̄ non sufficit restituere p̄ncipale: sed opoz
 ret restituere omnia dāna que ex tali furto redundant in per
 sonam que lesa est. Et vltra hoc tenetur facere penitentiā de
 peccato. Idcirco iustinus abreuiator trogi pompeii in hystoria
 omniū seculoz lib. ij. vbi loquitur de p̄ditione ⁊ moribus scis
 rarum. dicit sic. Nullum scelus apud illos furto grauius. Et
 ergo valeam⁹ abstinere a peccato furti: inquiramus quot mo
 dis dicitur furtū: vel quot species sunt latronū. ¶ In primis
 ergo dicūtur fures ⁊ latrones illi qui subtrahunt beneficium
 necessitatis pauperibus ch̄isti. Qui enim videt proximū suū
 in extrema necessitate positum ⁊ nō subuenit ei rem suaz sub
 trahit ab eo ⁊ retinet: quia in tali necessitate omnia sunt cō
 munita. hinc Cassiodorus in lib. v. epistolarū. ita inquit. Pau
 peribus nō dare tulisse est. Et merito quādo quis p̄t esurien
 tibus subuenire si nō pascit extinguit. Pudeat illis tollere q̄
 bus iubemur offerre. Ultra omnes crudelitates est diuītē vel
 le fieri de eriguitate mendici. Amentur honesta lucra. honoz
 antur damnosa cōpendia. hec Cassiodorus. etiam Ambrosius
 ⁊ habetur dist. lxiij. Sicut hi ita inquit. Esurientiū panis est
 quē tu detines: nudoz indumētum est quē tu recludis: ⁊ mi
 seroz redēptio est ⁊ absolutio pecunia quā tu in terra fodis.
 Tantoz te ergo inuadere scias bona quātis possis p̄stare q̄
 vales. hec Ambrosius. Propterea Augul. in lib. de verbis dñi
 ait. Si in ignē mittitur qui nō dedit rem ppriam: vbi putas
 mittendus erit qui inuasit alienā: Si cum diabolo ardet qui
 nudum nō vestiuit vbi putas arsurus est: qui expoliavit. Nō
 nocent mala preterita: si non placent. hec Augustinus.

Quis sit sensus h⁹ p̄cepti Augustin⁹.



Sanct⁹ tho:

Furtus inter oīa pctā est magis periculosum.



Iustinus a breuiator trogi pompeii.


Spēs latronū s̄ multe. In p̄ma specie sunt illi q̄ subtrahūt es
 lemosynas a pauperibus. Cassiodorus

Ambrosius



Augustinus



- Secūda spēs latronū.**
Sanct' thomas.
Eccl'asticus
Esayas.
Rabbanus
Tertia spēs latronū.
Sanct' thomas.
Esayas.
 triplex fraus circa res que venduntur.
Deuterono.

Leuiticus.
Prouerbior'.
Adarc' tullii'
Quarta spēs latronū.
Sanct' thomas.
- ¶** Secūdo dicūtur fures ⁊ latrones qui occulte accipiunt bona primi. qz h̄m Thomā in. ij. q. lxxvi. ar. iij. pp̄ia ratio furti est vt sit occulta acceptio rei aliene: ideo **Adath. xxiiij. c.** dicit Si sciret paterfamilias qua hora fur vēturus esset vigilaret vtiqz ⁊ nō sineret pfodi domū suā. Est autē furtum vituperabile cū sit quedam pditio ⁊ fraudulenta contrectatio rei aliene. vñ **Eccl. v. c.** Sup furem em̄ est confusio ⁊ penitentia. Lōtra oēs fures ⁊ latrones loquit **Esā. xxiiij. c.** dicens. Ne q̄ p̄s daris nōne ⁊ ipse pdaberis. Et qui spernis: nōne ⁊ ipse sperneris: Hinc rabbanus sup illud **Adath. xvi.** Esuriui ⁊ non deditis mihi manducare ita inquit. Quid recipiet qui aliena tulit: si semp ardebit qui sua nō dedit. **¶** Tercio fures sunt latrones: oēs qui cōmittunt fraudes in emptionibus ⁊ venditionibus suis. Et ideo nota h̄m Thomā in. ij. q. lxxvij. ar. ij. q. circa res q̄ venduntur pōt fieri triplex fraus. P̄mo pōt fieri circa speciem vel substantiā rei: vt vendendo argentum pro auro. vel vinū limphatum p̄ puro. Contra similes d̄: **Esā. i. c.** Argētum tuū versum est in sconiam vinū tuū mixtū est aqua. Qd̄ em̄ mixtum est patitur defectū circa speciem. Secūda fraus pōt fieri circa q̄t̄itatem que p̄ mensurā ⁊ pondus cognoscit: qui ergo scienter vtitur deficienti mensura fraudem cōmittit. vñ **Deutero. xxv.** Non habebis in sacco tuo diuersa pōdera maius ⁊ minus. nec erit in domo tua modius maior ⁊ minor. pōdus habebis iustum ⁊ verū. Et modius equalis ⁊ verus erit tibi vt multo viuas tpe sup terram: abhominatur em̄ d̄is eū qui facit hec ⁊ aduersatur oēm iniusticiā. hec ibi. ⁊ **Leuit. xix. ca.** Nolite facere iniquū aliquid in iudicio: in regula: in pondere: in mensura. Stat̄era iusta: ⁊ equa sint pondera. Iustus modius equusqz sextarius. ⁊ **Prouerb. xx. ca.** Abhominatio ē apud deuz pondus: ⁊ pondus stat̄era dolosa nō est bona. Tercia fraus pōt fieri ex parte qualitatis puta si aliqd̄ aial infirmū vendat quasi sanū: quod si quis scienter fecerit. fraudē cōmittit in venditiōe. Hinc marcus tullius in. ij. lib. de officijs dicit sic. Ex omni vita simulatio dissimulatioqz tollenda est. Fraus nec vt emat melius: nec vt vendat quicqz simulabit aut dissimulabit vir bonus. Et iterū ibidem ita inquit. Tollēdus est igitur ex rebus contrahendis oē mendaciū. **¶** Quarto fures sunt ⁊ latrones q̄ exercent vsuras ⁊ falsos cōtractus. Est autem vsura h̄m Thomā in. ij. q. lxxvij. ar. i. pecūi mutuatae vel cuiuscūqz rei cuius vsus est p̄sumptio vel distrahtio eius. Et sicut alia iniuste acq̄sita tenetur homo restituere ita pecuniā quā per vsuram accepit. Quicūqz ergo mutuat

pecuniā numeratā: vñ frumentū: vel vinum: vel olenm ⁊ hu
iusmodi: ⁊ aliquid vltra capitale accipit vsura est. Et pariter
qui mutuat sup pignus rei mobilis: puta vestis: equi: vñ bo
uis ⁊ hñdī. Vel etiā imobilis vt dom⁹ vel possessionis. Et in
terim dum alius tenet pecuniā accipit vsufructū illius do
mus vñ possessionis vsura est. Et iā multas falsitates cōmit
tunt campores: mercatores pannoꝝ: ⁊ aliꝝ artifices

Quinto fures sunt ⁊ latrones illi qui emūt dignitates siue
sp̄iales: siue tpales. Cōtra quos ait Job. xx. Diuitias q̄s deuo
rauit euomet ⁊ de v̄tre illius extrahet eas de? hec ibi. **Qui**
cumq; ergo p symoniā vel intrusionē: ⁊ nō p canonicā institu
tionem recepit vñ tenet beneficiū ecclasticū furatur oēs fru
ctus quos pcipit. Similiter q̄ dedit aliquid qd̄ precio possit
estimari p aliquo beneficio ecclastico simplici vel curato: vel
dignitate ecclastica: vel capella ecclie. Idem de pferentibus
bñficia ⁊ officia hñdī p tpalibus: vñ si emit vel vendidit ius
patronatus capelle vel ecclie: vel si dedit aliquod tpale p ali
quo sacramento: vel aliquid qd̄ precio possit estimari quasi p
cium sacramēti symonia est. Et nota q̄ pecunia que recipitur
symoniace nō debet restitui ei qui dedit: sed debet pauperib⁹
erogari vel illi ecclie in quā iniuria facta est: vt dicunt docto
res catholici. **Sexto** fures sunt ⁊ latrones qui violenter ⁊ p
rapinā auferunt bona pximi. Est em̄ rapina violenta ⁊ mani
festa vsurpatio rei aliene. Hec autē est maior iniuria: vt dicit
sanctus Tho. in opusculo de decem pceptis q̄ furtus. Unde
Job. xxiij. c. Vim fecerunt dep̄dantes pupillos. Solent autē
in rapinis offendere reges: p̄ncipes: dñi temporales: rectores
populi ac ceteri p̄ncipantes. Aut p extorsiones idebitas a sub
ditis: siue imponēdo gabellas: pedagia: collectas: ⁊ certa sub
sidia. Contra quos clamat Ezechiel ppheta. xxi. c. dicēs. P̄n
cipes eius in medio illius quasi lupi rapientes predam ad ef
fundendum sanguinē: ⁊ ad pdendas aias ⁊ auare sectāda lu
cra. hec ibi. ⁊ Sophonie. iij. c. dicis sic. Principes eius in me
dio eius quasi leones rugientes. Aliquando reges ⁊ p̄ncipes
ac ceteri rectores p̄ploꝝ ordinant leges iniquas ad rapaci
tates ⁊ lucra indebita. Cōtra quos Iaias clamat. r. c. sic. Ue
qui condunt leges iniquas ⁊ scribentes iniusticiā scripserunt
vt opprimerent in iudicio pauperes ⁊ vim facerent cause hu
milium populi mei vt essent vidue preda eorum ⁊ pupillos
diriperent: hec ille. **Septimo** fures sunt ⁊ latrones omnes
reges: p̄ncipes: duces: barones: ⁊ ceteri p̄ncipantes qui p vim
tenent regna vñ puincias siue ciuitates vñ castra siue feudū.

Vsura com
mittit mul
tipliciter.

Quinta spēs
latronum.
Simonia fit
multis mo
dis.



Sexta spēs
latronum.
Sanct⁹ tho



Ezechiel⁹

Sophonias

Iaias.

Septia spēs
latronum.

**Cōtra reges
et p̄ncipes q̄
aliena vsur-
pant.**

**Johannes.
Nota exem-
plū socratis**



**Seneca.
Octava spes
cies latronū**

Jñ dorus.

Juvenalis.



**Nona spēs
latronum.**



**Nota cōtra
eos qui ha-
bent officia
publica.
Augustin⁹.**

Nam omnes tales et pariter sui successores tenentur ad restitu-
tionem tam de p̄ncipali q̄ de damnis et interesse. Contra si-
miles ait veritas. Jo. x. c. Amen amē dico vobis qui nō intrat
per ostium in ovile ovium: sed ascendit aliunde ille fur est et la-
tro. Qui autē intrat per ostium pastoz est ovium. hec ibi. Facit
ad p̄positum taliū regum ac p̄ncipum exēplum socratis: de q̄
scribit Valerius q̄ semel questū fuit a socrate: cur ipse ride-
ret. At ille respondēs ait. Video magnos latrones ducentes
paruum latronē ad suspendium q̄ digniores sunt suspudio.
Sacilegia inquit minuta puniunt: sed magna in triumphis
referunt. Sed audi Senecā ad lucillū sic dicentes. Nulli cui
rapina feliciter cessit gaudiū rapti duravit in posterum.

Octavo fures sunt et latrones iudices et officiales vantes
iniquas finas v̄l ex timore v̄l ex amore v̄l ex cupiditate v̄l o-
dio v̄l notabili ignorantia. Contra tales ait Jñayas. v. ca. di-
cens. Ne qui iustificatis impiū p̄ muneribus et iusticiis iusti
aufertis ab eo. Et Jñidorus cuius verba habent. xi. q. iij. inq̄t.
Pauper dum nō habet qd offerat in iudicio nō solū audiri cō-
temnitur: sed etiā p̄tra veritatē opprimis cito violat auro in-
sticia: nullāq̄ reus p̄mescit culpā quā redimere nūmis extis
mat. Istos q̄ admonet Juvenalis in satyra. viij. vbi sic ait:

Expectata diu: tandem puincia cum te.
Rectorem accipiet: pone ire frena modumq̄.
ni patris verbū. Idcirco hugo iniuriā patitur ab his q̄ dicituz
opus magno alberto vel alteri attribuunt.
¶ Utrum sollicitudo rerum temporalium sit licita. Et an di-
uine sint dicende bone vel male.



Nota ad maiorem intelligentiam
eorum que dicta sunt fm̄ bt̄m Thomam in
ij. ij. q. lv. ar. vi. vbi mouet dubium verū solli-
citus reruz t̄paliū sit licita. Nam dicit q̄
sollicitudo temporalium tripliciter potest esse

illicita. Anno quidē mō ex parte eius de quo sollicitamur: puta si tpalia tanq̄ finē queram⁹ vt si exerceam⁹ actū cuiuslibz stutis ad finē rerū tpaliū: & talis sollicitudo semp̄ d̄r esse illicita. De qua grego. in. xv. li. moralium ait. amat pueri hoies p̄ hui⁹ mūdi gl̄ia tribulationes cūctisq̄ p̄ ea sudoribus libenter seruiūt & grauiū laborū iugo deuotissime colla submittūt. Et infra subiūgit sic. Prauorū mens hui⁹ mūdi seruitio dedita & rerū tpaliū fatigationib⁹ assueta: etiā si sibi libere vacare liceat: subesse tñ terrenis sudoribus festinat: hec grego. ¶ Scō mō pōt esse temporalī sollicitudo illicita p̄pter sup̄flū stūdiū qđ apponit ad tpalia p̄curāda. p̄pter qđ hō a sp̄ualibus q̄ bus p̄ncipaliter inferuire d̄r retrahit. & ideo d̄r Math. xiiij. ca. qđ sollicitudo seculi suffocat verbū. ¶ Tertio mō d̄r sollicitudo tpaliū illicita ex parte timoris superflui: qñ. s. hō timet ne faciēdo qđ debet necessaria sibi deficient. Unde si aliq̄s cum isto timore sollicitaret res tpales: illicita eēt talis sollicitudo iō a xpo p̄hibetur. Nam rps nō p̄hibet nisi illicitū. p̄terea Math. vi. c. ait. Nolite solliciti eē dicētes: qđ māducabimus aut qđ bibemus aut quo opiemur: hec em̄ oia gētes inquirūt Scit em̄ p̄f vester: q̄ his oibus indigetis. Cōcludit ḡ sanctus thomas sic dicens. P̄ncipaliter nostra sollicitudo esse d̄r de sp̄ualibus bonis: sperantes qđ etiam tpalia nobis pueniēt ad necessitatē si fecerimus qđ debem⁹. vnde veritas Math. vi. ca. ait. Querite ḡ primū regnū dei & iusticiam eius & hec oia adijcientur vobis. Etiā notāda sunt aurea s̄ba sancti thome in. iij. li. Cōtra gētiles ca. cxxxiij. vbi dicit sic. Fuerūt etiā aliq̄ qđ p̄fectionē vite sectantib⁹ dicebāt nullā sollicitudinē eē habendā: neq̄ mendicando neq̄ laborando: neq̄ sibi aliqđ referuando: sed oportere eos a solo deo sustentationē vite expectare. p̄pter qđ dicit Math. vi. c. Nolite solliciti esse a se qđ māducetis aut bibatis: aut corpori vestro qđ induamini. Et iterum. Nolite in crastinū cogitare. Hoc aut̄ videt oino irrationabile. Stultū em̄ velle finē & p̄mittere ea que sunt ordinata ad finē. Ad finē aut̄ comestionis ordinat̄ sollicitudo humana p̄ quā sibi victū p̄curat. Qui igitur absq̄ comestione viuere nō possunt aliquā sollicitudinē de victu querendo debent habere. p̄terea sollicitudo terrenez nō est vitanda nisi q̄ impedit cōtemplationē eternoz. Non potest autēz hō mō mortalē carnē gerens viuere. quin multa agat quibus cōtemplatio interrumpatur: sicut dormiendo: comedēdo: & alia hui⁹ faciendo. Neq̄ igitur p̄mittenda est sollicitudo eoz que sunt necessaria ad vitam p̄pter impedimentū cōtemplationis


l iij

Grego:



Aliū est illicita sollicitudo temporalium.

Reddit illicita sollicitudo temporalium propter timorem superfluum. Math. vi.



Veritas. Sancti thome.

Nota oia contra superstitiosos et imprudentes.



Nō est p̄termittēda sollicitudo temporalium.

tionis. Sequitur etiam mira absurditas. Pari enim ratione potest dicere quod non velit ambulare: aut aperire os ad edendum: aut fugere lapidem cadentem: aut gladium irruentem: sed expectare quid deus operetur quod est deus temptare. Non est igitur sollicitudo victus totaliter abijcienda. hec thomas. ¶ Item in iij. lib. contra gentiles. c. cxxv. idem thomas dicit sic. Est autem omnino irrationabilis error illoꝝ qui putant omnem sibi sollicitudinem a domino interdictam de victu querendo. Omnis enim actus sollicitudines requirit. Si igitur homo nullam sollicitudinem de rebus temporalibus habere debet: sequitur quod nihil temporale agere debeat: quod neque possibile neque rationabile est observari. Deus enim vni cuiusque ordinavit actiones secundum proprietates sue nature. Homo autem ex spirituali et corporali natura conditus est. Necessarium est igitur secundum divinam ordinatorem ut corporales actiones exerceat et spiritualibus intendat. Et tanto perfectior est quanto plus spiritualibus intendit. Non est igitur modus perfectionis humane quod nihil corporale agatur: quia cum corporales actiones ordinentur ad ea que sunt necessaria ad conservationem vite: si quis ea pretermittit vitam suam negligit quam quilibet conservare tenetur. Et expectare autem a deo subsidium in quibus se aliquis potest per propriam actionem iuvare pretermittit propria actione est insipientis et deus temerarius. hec thomas. Facit ad hoc propositum notabile exemplum quod legis in vitas sanctorum patrum. Nam quidam patres contemplativi venerunt ad visitandum beatum anthonium. Facta oratione ab eis vocavit eos beatus anthoni⁹ ut cum fratribus suis operibus manuum vacaret pro victu acquirendo. Qui dixerunt beato anthonio. Nobis pater non licet laborare manibus: quia cum sumus contemplativi nobis solum interest vacare contemplationi. Quibus dixit beatus anthoni⁹. Nos qui carnales sumus vacabimus operibus ut victu sustentemur: vos autem qui contemplativi estis contemplationi vacabitis. Tandem hora nonne beatus anthonius cum fratribus suis cibum sumpsit: non vocatis fratribus contemplativis. Itaque hora prandij iam transacta et fame stimulare surreterunt illi fratres ab oratione et dixerunt beato anthonio. Abba pater hora transacta est et fame cruciamur: que non vocasti nos ut tecum et cum fratribus tuis prademus. Tunc respondit beatus anthonius. Vobis qui spirituales estis comedere non licet nobis autem qui carnales sumus necesse est ut comedamus. Ite igitur ad contemplationem: nos vero operibus manuum vacabimus sine quibus sustentari non possumus. Et sic confundit eos beatus anthoni⁹. Concordat huic conclusioni auctoritates sacre scripture. Nam deus dixit ad eum et successoribus suis. In sudore

non eget duplici cibo: spirituali et corporali.



Exemplum notabile.

Optima ratio beati anthonii

vultus tui vesceris pane tuo. *Genesis. iij. c.* Nullus aut potest
 in sudore vtri pane vel rebus temporalibus nisi sollicitudine in-
 teruenire: ergo sollicitudo non prohibetur nisi fuerit indebita.
 Et paulus ad *Eph. iij. caplo.* Qui furabatur iam non furetur
 magis aut laboret operando manibus suis quod bonum est: ut
 beat vnde tribuat necessitatem patienti. *Dec. ibi.* Ex dictis patet
 quod sollicitudo discreta circa temporalia laudabilis est. *¶ Silr*
 dicendum est de amore dis: retro diuitiarum et aliarum rerum huiusmodi
 Sunt enim diuitie et res temporales bone et laudabiles per se
 scilicet conformes nature nostre. Nam vidit deus cuncta que fece-
 rat et erant valde bona. *Genesis. i. ca. id est in specie sua non po-*
 terant esse meliora. Non est ergo peccatum diuitias possidere:
 sed peccatum est diuitias male possidere. Unde secundum hieronymum
 aliud est habere diuitias aliud est seruire diuitijs. Propterea
 in explanatione super *Mattheum lib. i. super illud.* Non potestis
 deo seruire et mamone. dicit sic. Non dixit qui habet diuitias:
 sed qui seruit diuitijs. Qui enim diuitiarum seruus est diuitias cu-
 stodit ut seruus. Qui autem seruituris excuserit iugum distribuit
 eas ut dominus. *hec hieronymus.* Aituperatur ergo amor inordinatus
 diuitiarum ut dictum est supra. vbi ostensum est quod fit auaricia
 sed puidencia. Idcirco quod plures sanctissimi patriarche et reges
 veteris testamenti magnas possederunt diuitias. Unde adam
 vetustissimus parens noster ditissimus fuit: cuius imperio omnia
 fuerunt subiecta tam in paradiso quam extra paradysum. hinc da-
 uid in *psal. ait.* Omnia subiecisti sub pedibus eius oues et bo-
 ues vniuersas insuper et pecora capri. Noe quoque fuit princeps
 magnus et ditissimus solus cum generatione sua a diluuij sen-
 tentia exceptus a domino. Dic tres filios habuit qui tres mundi
 partes asiam: affricam: et europam sua generatione repleuerunt.
 Nam filij sem asiam occuparunt: filij cham affricam: filij vero
 iaphet europam. Abrahā etiam fuit diues valde propter cuius
 opes non poterant pastores eius habitare cum pastoribus loth
 nepotis sui. Propterea cum facta fuisset rixa inter pastores
 vtriusque cupiens abrahā tollere causas discordie dixit ad loth
 ut patet *Genesis. xij. caplo.* Ne queso sit iurgium inter me et te
 et inter pastores meos et pastores tuos: fratres enim sumus. Si
 militer ysaac: iacob: ioseph: moyses: aaron: ioseph: gedeon: iob:
 dauid: iofias: ezechias: salomō fuerunt ditissimi. Et pariter gre-
 goxus: aluester: et ceteri summi pontifices. Cardinales: archiepi-
 scopi: episcopi: et alij pastores ecclesie dei. Sanctissimus Ludos

Genesis.

Paulus.

Diuitie sunt
 laudabiles et
 quomodo.
 Genesis.

hieronymus



Amor inordi-
 nat⁹ diuitia-
 rum vitupaf.



Antiq⁹ p̄res
 erant ditissi-
 mi.
 Adam.
 Noe.
 Fili noe dic-
 tissimi fuerē

Abraham.



Ysaac: iacob:
 ioseph: moy-
 ses: aarō: ios-
 ue et ceteri.

Nō est cēsus
in crimine: sed
affectus.

Sctūs Tho.



Diuitie sunt
instrumēta
virtutis.



Seneca.



nicus rex francoꝝ: nicodemus: ioseph ab arimathia: zachheus princeps publicanoꝝ: hi oēs fuerūt diuites ⁊ sanctissimi. Nō est ergo census in crimine: sed affectus inordinatus. hinc sanctus Thomas in. iij. lib. contra gentiles. caplo. cxxij. dicit sic. Exteriores q̄dem diuitie sunt necessarie ad bonū virtutis: cū per eas sustentemus corpus ⁊ alijs subueniam⁹. Oporet autē q̄ ea que sunt ad fines ex fine bonitatē accipiant. Necessē est ergo q̄ exteriores diuitie sint aliquod bonū hoīs: non tamen principale: sed quasi secūdariū. Nam finis principaliter bonū est: alia vero sū q̄ ordinātur in finem. Et infra ita subiūgit. Intantū igitur diuitie bone sunt inq̄tum p̄ficiunt ad vsū virtutis. Si vero iste modus excedat vt impediāt vsus virtutis: non iam inter bona cōputāda sunt: sed inter mala. Unde accidit quibusdā bonum esse habere diuitias que eis vtuntur ad virtutes: q̄busdā vero malum est eas habere qui per eas a virtute retrahūtur: vel nimia sollicitudine vel nimia affectione ad ipsas: vel etiā mētis elatione ex eis cōsurgente. hec thomas. Etiam seneca ad lucillū ait. Illa bona fortune ex nobis pendēt: nō ex illis nos. Valētior em̄ omni fortuna est animus: ⁊ in vtrāq̄ partem ipse res suas ducit. Beateq̄ ac miserie vite ipse sibi causa est. Malus em̄ oīs in malū vertit. Res cras atq̄ integer corrigit praua fortune. hec seneca. Et dictis patet qualiter homo se debeat habere circa sollicitudinē vel amorem rerum temporalium: ⁊ q̄ diuitie de se nō sunt in crimine: sed affectus ⁊ amor inordinatus.

Qualiter scripture sacre doctores catholici ac gentiles philosophi auariciam detestātur:

Oēs sapien-
tes auaricie
detestāt no-
uem rōnib⁹.
P̄ma ratio



Enim scire debes p̄ter ea

que dicta sunt in decimo p̄cepto diuine legis vbi agitur de cōcupiscētia rerum primi q̄ omes scripture sacre ⁊ pariter oēs doctores catholici ⁊ gētiles philosophi auariciā detestātur nouē rōnibus p̄mo: q̄ auaricia est horrible pctm̄: et comparatur idolatrie. Unde paulus ad

Sctūs thoꝝ
Quare auaricia cōparat̄ idolatrie.

Ephe. v. ca. dicit sic. Hoc autē scitote intelligētes q̄ oīs fornicator aut immūds aut auarus quod est idoloꝝ seruitus nō habet hereditatem in regno xp̄i ⁊ dei. hec paulus. Nota sū thomā in cōmento aureo super hoc passū. lectione. iij. q̄ ap̄ls vocat hic auariciam idolatriā: qm̄ idolatria est qm̄ honor soli deo debitus impēditur creature. Deo autē debet honor dupl̄

scz vt in eo finem nostrū cōstituam⁹: et vt in eo fiducia nostrā finaliter ponamus. Qui ergo hoc in creaturis ponit reus est idolatrie. Hoc autē facit auarus qui finē suū in re creata ponit et etiā totam suā fiduciā. Hinc Osee. viij. c. Aurū suū et argētū suū fecerūt sibi idola vt interiērēt. Quia vt dicit Prouerbiōz. xi. caplo. Qui pfidit i diuitijs suis corruet. Vel auaricia dicitur idoloz seruitus: qz auarus exhibet creature qd̄ debet creatori scz fidem spem et charitatē. Nec em̄ exhibet auarus pecunie et diuitijs suis. Vel s̄m Crisostomū. Sicut idolatre venerantur idola nec ea pre reuerētia tāgere audēt. Ita auarus pecunias venerat et eis vti nescit: et vt sacra filijs nepotib⁹ et p̄nepotib⁹ intactas cōseruat. Vel s̄m Thomā in. ij. q. cxvij. ar. v. in responsione ad. iij. arg. Auaricia comparat idolatrie per quādā similitudinē quam habet ad ipsas: qz sicut idolatra subijcit se creature exteriori: ita etiā auarus: nō tñ eodē modo: sed idolatra qd̄m subijcit se creature exteriori vt exhibeat ei cultum diuinū. Auarus autē subijcit se creature exteriori imoderate eā cōcupiscēdo ad vsū nō tñ ad cultum. Et ideo nō oportet qd̄ auaricia habeat tantā grauitatē: quantā h̄y idolatria. hec thomas. ¶ Sed q̄stio animū pulsat. Cum em̄ in alijs pctis homo finem suū ponat in creatura cui amore inheret: quare etiā in illis peccats nō dicitur homo ydolatrare sicut in pctō auaricie. Huic q̄stioni respōdet sc̄tūs Thomas in cōmento aureo sup̄ epl̄a ad Ephe. v. c. lectione. iij. sic dicens. Ydolatrare est aliquid exterius in debite colere. Nunc autē in alijs pctis ponit finis in interiorib⁹ quasi in pp̄ia exaltatione: sed q̄ ponit finem in diuitijs: ponit in eis finem vt in re exteriori: sicut idolatria. Sed numqd̄ avari honorem deo debitum exhibētes creature: realiter sunt idolatre et per se. Dico qd̄ nō: qz in moralib⁹ tractus seu opera iudicātur ex fine. Ille ergo per se est idolatra qui intendit per se cultum exhibere creature. Hoc autē non intendit auarus per se sed per accidēs. Hoc em̄ facit inq̄rtum sup̄flue et inordinate diligit. Et quid de tali: Non habebit hereditatē in regno xp̄i et dei. hec thomas. Quapropter Innocētius in li bello de miseria cōditōis humane ita inq̄t. Auaricia s̄m apozstolum est idoloz seruitus: qz sicut idolatra seruit simulacro sic auaricia seruit thesauro. Nam ille cultū idolatrie diligēter ampliat: et iste cumulū pecunie libēter augmētat. Ille cū om̄i diligētia colit simulacrū: et iste cū om̄i cura custodit thesaurū. Ille spes ponit in idolatria. et iste sp̄ suū p̄stituit in pecunia. Ille timet mutilare simulacrū: et iste timet minnere thesaurū. Dec innocēti⁹. Et sic p̄ty qualiter auaricia est idoloz seruitus.

Auaricia a
lia rōne p̄pa
rat idolatrie
Aliter

Alii s̄y tho.
Nora.



Questio.

Sc̄tūs tho.
rōdet q̄m.

An auar⁹ sit
de idolatra.



Innocētius

Auaritia est insatiabilis ⁊ patitur rabiem;
Ideo detestanda est.



Secundo auaricia a sapientib⁹ de
restatur: qz est insatiabilis ⁊ nunq̄ dicit suf
ficir: sed semper egens ⁊ velut sitibunda et
famelica rabiem patitur. Ideo cōtinue os
aperit vt deuoret ⁊ comedat. Propterea cō
paratur auaricia sacco pforato q̄ nunq̄ pōt
repleri. Vel auaricia assimilaf inferno qui

Auaricia as
similaf sacco
perforato: in
ferno: mari:
et igni.

Auar⁹ est ves
lut idropic⁹,
Gregorius.

ola deuorat. Unde augustin⁹ in quodā sermone dicit sic. Aua
rus velut infernus oīa deuorans: vellet nullum hoīem esse vt
oīa solus possideret. Vel auarus assimilatur mari in quo oīa
flumina influit: ⁊ tñ nō redundat. Vel auarus assimilaf ydro
pico. vnde Grego. in. xiiij. lib. moralīū. ca. xiiij. dicit sic. Ydropi
cus quippe quo amplius biberit amplius sitit: qz ⁊ oīs auar⁹
ex potu sitim multiplicat q̄ cū ea que appetit adeptus fuerit
ad appetenda alia amplius anhelat. Qui em̄ ꝑcupiscēdo pl⁹
appetit huic sitis ex potu crescit. hec Grego. Vel auaricia me
rito cōparatur igni. Quapropter grego. in. xv. lib. moralīū. ca.
xxvi. dicit sic. Auaricia desideratis rebus nō extringitur: sed
augetur. Nam more ignis cum ligna q̄ consumit acceperit et
crescit. ⁊ vnde videtur ad momentū flāma comp̄mi inde pau
lo post cernitur dilatari. hec Grego. hinc Ihsidorus in. ij. lib. de
summo bono. c. xli. dicit. Semp̄ em̄ auarus eget ꝑtomagis ac
quirit tanto amplius q̄rit. Nec solum desiderio augēdi exeru
ciatur: sed amittendi metu afficitur. Inopes nascimur in hac
vita: inopes recessuri de hac vita. Si bona mūdi hui⁹ peritur
ra credimus: cur peritura tanto amore cupim⁹. hec Ihsidorus.
Et hieronym⁹ ad rusticū monachum ait. Cum cetera vitia se
nesciente homie senescant sola auaricia iuuenescit. Et iterum.
Avaro tam deest qđ habet: qđ quod non habet. Quia aut non
habita concupiscit vt habeat aut habita metuit ne amittat.
Et dum in aduersis sperat prospera: in prosperis formidat ad
uersa. hec Hiero. Etiam Crisostom⁹ in lib. q̄ nemo leditur nisi
a seipso. dicit sic. Nam ⁊ ipsi diuites si etiam totū mundū pos
sibile esset possideri a singulis. adhuc tñ in desiderio eius ar
derent. Pauperes vero dū cupiūt diuitibus equari insanabi
lem rabiem patiūtur insanūt: insurunt. Et idem mobus di
uerfos singulis generat languores. hec Crisostomus. Boetius
quoqz perpulchre describit insatiabilitatem auaricie in. ij. lib.
de consolatione: metro scdo sic dicens,



Ihsidorus.



Hieronym⁹.

Crisostom⁹.



Boetius.

Si quātas rapidis flatibus incitus.

Pontus: versat arenas.

Aur quot stelliferis edita noctibus.

Celo sydera fulgent.

Tantas fundat opes: nec retrahat manum.

Pleno copia cornu.

Dumanū miseris haud ideo genus.

Lesset flere querelas.

Quāuis nota libens excipiat deus.

Multi prodigus auri.

Et claris auidos omet honoribus.

Nil iam parta videntur.

Sed quæsta vorans seu rapacitas.

Alios pandit hyatus.

Hec Boetius.

Uere longa nra desideria increpat vita breuis. In casum multa portat cū iuxta est quo pergitur. Ideo seneca in lib. de moribus post tullius in lib. de senectute ait. Adonstro similis est auaricia senilis. Quid em̄ sibi vult nō intelligo. Nā qd ab surdus vt dici solet q̄ quo min⁹ restat vie: eo plus viatici q̄re re. Et via deficiente augere viaticū. hec seneca. ¶ Sed questio animū pulsat. Cur diuitie ⁊ cetera tpalia bona nō possunt satisficere aiam rōnalē: Pro responsione hui⁹ questiois: nota p̄ter illa que dicta sunt in explanatione decimi p̄cepti: qd diuitie tpales sunt finite: corporee ⁊ transitorie. Aia autē rōnalis est infinita sua capacitate. Incorporea in sua entitate: sempiterna in sua duratione. Ideo nulla cōuenientia aut proportio ad inuicē. Vel dic qd aia rōnalis assimilatur figure triangulari cū sit formata ad imaginē sanctissime trinitatis. Sicut ḡ triangulo cōpetit habere tres angulos: ita diuine essentie cōpetit habere tres p̄sonas. Ibi em̄ in vna essentia sunt tres persone. pater filius ⁊ spūssanctus. Similr in aia rōnali sunt tres anguli. id est tres potentie. s. intellect⁹ memoria ⁊ volūtas. Nulla ergo res creata pōt satisfacere aut replere aiam rōnalē: qz etiā res diuersarū figurarū vna nō pōt aliā replere. Nam si accipitur figura triangularis ⁊ ponat in ea figura spherica nō repletur p̄pter hoc ipa figura triangularis: qz remanēt adhuc tres anguli vacui. Et similr si ponat in ea quęcūqz alia figura nōqz poterit repleri figura triangularis: nisi a sola figura triangulari: q̄ vniformiter replet angulos. Eū ḡ mūdus: celi: astra: elementa qz: terra: aqua: aer ⁊ ignis: sint figure spherice vñ etiam se circūdant orbiculariter. id oia bona hui⁹ mūdi tam elementa qz elemētata sunt quasi vni⁹ figure spherice. Que oia si po-

Seneca ⁊ tullius.



Questio. cur aia rōnalis nō pōt q̄scere in tēporalibus Aia rōnalis capacitas. Aia rōnalis assimilaf figure triangulari.

Nota oia.



Dia elementa ⁊ elemēta ta sūt figure spherice.



Alexandri cu-
piditas.
Valerij ma-
ximus.

Quintus cur-
tius d' alexā-
dro.



Juuenalis d'
alexādro.

Sola trini-
tas replebit
aiam ratio-
nalem.

In nulla cre-
atura deuit
deus nisi in
hoie.



David.

Job.

Seneca.

nerentur in corde aie rōnalis siue sub ptāte hois: sic vt ipse hō
oim eēt dñs: nō ppter hoc eēt creatus aut faciat. Declarauit
id mō cupiditas infaciabilis magni alexādro: de quo Valerij
maxim' in. viij. lib. c. xv. de cupiditate glorie ita refert: q' cum
ipse alexāder audiret ab anatarco comite suo ples eē mādōs
put acceperat a pceptore suo democrito: vehement' ingemuit
alexāder. Ideo dixit: et sunt s'ba valerij. Deu me miserū q' nec
vno quidē adhuc sum potius glia. Propterea Quint' curtij
scribit q' quidā ex maximis natu dixit alexādro. Si dii habi-
tū corpis tui auiditati animi tui: parē eē voluissent: orbis te
nō caperet. Altera manu orientē: altera cōrigeres occidentes.
hinc Juuenalis i satyra illa q' incipit. Quid' in terris. ita inq't.
¶ Unus pelleo iuueni non sufficit orbis.

Estuat infelix: Augusto lumine mundi.

Et gyare clausus: scopulis paruaq' seripho.

Cum tamen a figulis munitam intrauerit urbem!

Sarcophago contentus erit: mors sola fatetur.

Quātula sunt hoim corpuscula, hec iuuenalis.

¶ Ex dictis p'tz q' diuitie et cetera bona t'palia nō p'fit quiete
re vel faciare appetitū aie rōnalis. Sed hoc pōt sola trinitas
diuinarū p'sonarū: q' ipsa est finis ei'. Nā p'r replebit memo-
riā: fili' intellectū: et spūsc'rās voluntatē. Et p'pterea iter oēs
creaturas nulla aliorū nulla dignior: aia hūana. Ideo deus in
nulla creatura plene deuit nisi in hoie. Quāuis enī prima die
creauerit naturā angelicā celos et lucē: nō tñ quieuit in illis.
Deinde scōa die creauit firmamētū qd' quidez diuidit aquas
ab aq's. Noie aut firmamēti intelligit octaua s'pera: sub qua
ptinet s'pere septē planetarū. Ex quo p'z q' firmamētū mediū
est inter celū crista' linū: et elemēta que noie aquarū designan-
tur. Nec tñ de' in eo quieuit: et sic d' ceteris cera turis: quousq'
vi. die creauit hoiem ad imaginē et similitudinē suā. Et tūc in
eo quieuit. vnde Bene. i. c. d'. Compleuitq' deus die septimo
opus suū qd' fecerat et requieuit die septimo ab vniuerso opes-
re qd' pararat. Vnc dauid admirās excellētā creature rōna-
lis: ait in psal. viij. Quid est hō q' memor es ei' aut fili' hois
qm̄ visitas eū. Adiuuisti eū paulomin' ab angelis glia et ho-
nore coronasti eū et cōstituisti eū sup' opera manū tuarū. Et
Job. viij. c. Quid est hō q' magnificas eū aut quid apponis er-
ga eū cor tuū. Ex dictis p'z q' appetitus hois nō pōt satiari in
hac vita: ideo debet regulari per imperiū rōnis. Propterea se-
neca in puerbijs ait. Pecunie op'z imparare nō seruire: pecus
pia si vti scias ancilla est: si nescias dña.

Auaricia est causa omnium scelerum.



Tertio auaricia est detestabilis:

q; et illa fere oia scelera ppetrant: vt furta: p;uria: homicidia: adulteria: sacrilegia: sy; monie: discordie: ⁊ hmoi. vñ Crisostomus in iij. lib. extra impugnantes vitā monasticā: dicit sic. Qui em̄ pecunie amore rapiuntur: inui-

Auaricia est
causa omnium
scelerum.
Crisostomus.



die q; nequā: deierantes periuri: temerari: audaces: inuere cū di: impudētes: ingrati. Mala deniq; oia sint necesse est. Vñ bonū omnium testis fidelissim⁹ est br̄s Paulus q; radicē oim maloz cupiditatē esse dixit. Quod idipsum xps ante manife stauit cū impossibile esse assereret eū seruire deo qui illi vitio esset obnoxius. hec Crisostom⁹. ⁊ Iuuenalis q; vt ait Hierony mus in epla ad Theratiā de vera circūcisione d; ppheta gen tilium. Hic poeta in satyra. vi. dicit sic.

Prima peregrinos: obscena pecunia mores,

Intulit: ⁊ turpi frugerunt secula luxu.

Diuitie molles: hec iuuenalis. Et sic ptz q; auaricia est ra: dixit omnium peccatoz: q; ex pecunia homo acquirit facultatem perpetrandi omnia peccata.

Auaritia est detestabilis q; corpus destruit.



Quarto auaricia est peccatū dete-

stabile q; corp⁹ euiscerat. Nā diuicie acquirū tur cū labore: possident cū timore: amittunt cū dolore. Vñ auari laborāt i acq;rendo ⁊ alij in labores eoz sepe intrāt. Et aliqui fures et latrones q; plerūq; talia diripiūt. Aut filij re-

belles vñ alij heredes. Isti sunt filies aranee q; relā operādo p muscis accipiēdis seipam euiscerat. hinc Salomō puerbioz xxxij. c. Noli laborare vt diteris s; prudētie tue pone modū. Et iterū ibidē. Nō erigas oculos tuos ad opes quas hñe non potes. Propterea diu⁹ Hiero. hortat nos ad cōtemptū rerum mūdanarū in epla ad Thestiphontē vrbicuz. Que qdem epla incipit. Presumptionē meā et cūscare conaret: vbi dicit sic. Eō fiderem⁹ q; in hac terra hospites sum⁹ ⁊ peregrinoz more pro diēb⁹ nouissimis habitam⁹. Vos em̄ de hoc mūdo non estis: d; nobis. Quid ergo in aliena satagim⁹? Quid turbamur? Nemo in deteriori ⁊ extranea patria plus eligit possidere q; i sua. De his tm̄ sollicitudinē habere debem⁹ ⁊ curam que nobiscū transferre possumus. Ambient terrena gentiles quibus celestia nō debentur. Concupiscant presentia qui futura non cre-

Salomon.

Hieronymus.

Nota aurea
sententiam.



dāt. Christianis diuitie ⁊ hereditas sit diuinitas xpi. Nec enī debēt egre ferre quāsi min⁹ a ceteris habeant q̄ auctorem oīm pceperunt. Superest vt acceptum in corde deū honorēt obles quīs operib⁹ colār: sermone semp ⁊ cogitatioē fateant: vt in aduentu eius non cum cōtumacibus ⁊ cōtemptribus puniā tur: sed cū sanctis ⁊ deū timentibus coronentur. hec hierony. Qua sententia aperte datur intelligi q̄ amor inordinatus rerum temporalium debet ratione regulari.

Auaricia est p̄tra deum ⁊ primū ideo est fugienda.

Sanct⁹ tho.



Auito auaricia merito est fugienda: q̄ est contra deū: contra primū ⁊ contra seip̄s: vt dicit sc̄tus Tho. in. ij. q. cxvij. ar. i. in respōsione ad. ij. arg. Primo auarus peccat p̄tra deū inq̄tum p̄pter bonū t̄pale diuitiarū: p̄tempnit bonū eternū. Secūdo auar⁹

peccat in primū: q̄ plus debito accipit ⁊ cōseruat pecunias ⁊ alia bona t̄palia in dānū ⁊ nocementū p̄ximoz. Si ḡ homo plus debito modo acq̄rit diuitias vel cōseruat: tūc directe peccat in p̄ximū: q̄ in exteriorib⁹ diuitijs nō pōt vnus hō superabundare nisi alteri deficiat. Nō est enī possibile vt bona t̄palia possint simul possideri a multis vt dicit sanctus Thomas ibidez. hinc Boetius in. ij. lib. de solatione p̄sa. v. dicit sic. O igitur angustias inopesq̄ diuitias quas nec h̄e totas plurib⁹ lz nec ad quēlibet sine ceteroz paupertate nō veniūt. hec Boetius. Tertio auar⁹ peccat p̄tra seip̄m. Quia vt dicit thomas deordinat eius affectus lz nō deordinet corp⁹ sicut p̄ vitia carnalia. Sustinet enī auar⁹ multos labores ⁊ q̄plura scōmoda iō dicit Greg. Oēs hui⁹ seculi dilectores in reb⁹ terrenis fontes sunt in celestib⁹ debiles. Nā sepe famē nuditatē: deiectiones sustinent: ⁊ earū rerū se p̄ abstinentiā cruciāt: ad quas adipiscendas festināt. Hinc hieronym⁹ ad rusticū monachū in eplā q̄ incipit. Nihil xp̄iano felici⁹: cui p̄mittūt regna celoz: dicit sic. Si negotiatores seculi tāta sustinēt vt ad incertas periturasq̄ diuitias pueniāt: ⁊ seruet cū animi discrimie q̄ multū perniculus q̄ierūt. Quid xp̄i negotiatozi faciēdū est. hec hiero.

Boetius.

Auar⁹ peccat p̄tra seip̄m.

Gregorius.

Hieronim⁹



Gregorius.
Auaritia hominē distrahit.



Auaricia mētē suffocat ⁊ aiam maculat. Tertio auaricia est fugienda: quia mētē suffocat aiam maculat ⁊ totū hoīem distrahit. vñ Greg. i. xiiij. lib. moral. c. lxxxvi dicit sic. Per plumbū nāq̄ cui⁹ natura grauis est ponderis: peccatum auaritie sp̄aliter

designatur: qz mentem quam infecerit ita grauem reddet vt
 ad appetenda sublimia attolli nequa q̄ possit: hec Gregorius
 Propterea antiqui p̄bi contēbant diuitias ne mens eorū
 a cognitione veritatis tam naturalis philosophiē q̄ astrolo-
 gie distraberef. Unde hieronym⁹ ad Julianū de filijs ⁊ vxo-
 re defunctis in epla que incipit. Filius meus frater tuus Au-
 sonius dicit sic. Contēnis aurū. Contēpserunt ⁊ multi p̄bi ex
 quibus etiā vnus vt ceteros fileam multax possessionū preci-
 um piccit in pelago dicens. Abite in pfundum male cupidi-
 tates: ego vos submergā ne a vobis mergar. Etiā ad Paulinū
 psbyterum de institutiōe monachorū: epla incipit. Bonus hō
 de bono cordis thesauro: dicit sic. Erates ille thebanus homo
 quondā ditissimus cuz ad philosophandum athenas p̄geret
 magnū auri pondus abiecit: nec putauit se posse ⁊ virtutes si-
 mul ⁊ diuitias possidere. Et ad rusticum monachū: epla que
 incipit. Nihil xp̄iano felicius ita inquit. Juxta miseras hu-
 tempous vbiq̄ gladios seuietes: satis diues est qui pane nō
 indiget: nimū potens est qui seruire nō cogit. Iterum hiero.
 ad saluinam de morte mebruidij: epla q̄ incipit. Vereor ne of-
 ficiū putef ambitio: dicit sic. Nec diuiti obsunt opes si eis
 bene vtatur: nec pauperem egestas cōmendabiliorē facit si in-
 ter sordes ⁊ inopiam pctā nō caueat: hec hieronymus. S; no-
 ta ad maiorem euidentiaz eorū que dicta sunt auream sniam
 diui hieronymi scribentis ad p̄machium in epla cōsolatoria
 de dormitione pauline vxoris: epla incipit. Sanato vulnere:
 vbi dicit sic. Non est satis p̄fecto ⁊ cōsumato viro opes contē-
 nere: pecuniā dissipare ⁊ p̄icere qd̄ in momento ⁊ perdi ⁊ in-
 ueniri p̄t. Fecit hoc crates Thebanus. fecit Anthistenes fe-
 cerunt plurimi quos vitiosissimos legim⁹: plus debet xp̄i di-
 scipulus p̄stare q̄ mundi p̄bs glorie aial ⁊ popularis aure ac-
 rumore venale mancipiū. Tibi nō sufficit opes contēnere nisi
 xp̄m sequaris: xp̄m aut̄ sequif qui pctā dimittit ⁊ virtutū co-
 mes est. hec hieronymus. hinc Lactārius in. v. li. diuinax in-
 stitutionū. c. xvi. dicit sic. Diuitie quoq̄ nō faciūt insignes: ni-
 si quos possunt bonis opibus facere clariores. Diuites enim
 sunt: nō qui diuitias habent: sed qui vtunt illis ad opa iusti-
 cie. Et qui paupes vident: eo tñ diuites sunt: qz ⁊ egent ⁊ con-
 cupiscunt nihil. Cum igit ⁊ liberi seruis: ⁊ diuites paupibus
 humilitate animi pares simus: apud deum tñ virtute discer-
 nimur: tanto quisq̄ sublimior est q̄ro iustior. hec Lactantius
 Et tandem Lactārius in p̄ncipio p̄mi libri diuinax institutio-
 num ostendit q̄tus fuerit amor inquirēde veritatis apud an-

Hieronym⁹



Hieronym⁹



Hieronym⁹

Hieronym⁹



Hieronym⁹

Lactantius



Lactantius

tiquos philosophos qui nō solum opes: diuitias: honores patriam et voluptates: sed etiā publicas ac priuatas actiōes et cuncta que animū distrahūt: contēnebant: vt magis ac magis ad studiū sapientie expediti inuenirent. Verba lactātij sunt hec Magna et excellēti ingenio viri cū sese doctrine. penitus dedissent quicquid laboris poterat impēdi: contēris oibus publicis et priuatis actiōibus ad inq̄rende veritatis studium cōtulerunt: existimātes multo esse p̄clarior: humanarū diuinarūq̄ rerum inuestigare ac scire rōnem q̄ instruēdis opibus aut cum mulandis honorb⁹ inherere: q̄bus rebus qm̄ fragiles terrene q̄ sunt: et ad solius corpis p̄tinēt cultū: nemo melior: nemo iustior effici pōt: Erāt quidam illi ditatis cognitiōe dignissimi quā scire tātopere cupierūt atq̄ ita vt eā reb⁹ oibus anteposnerent. Nā et abiēcisse quosdā res familiares suas et renūciāse se vniuersis voluptatib⁹ p̄stat vt solā nudāq̄ virtutē nudi expeditiq̄ sequerent: tm̄ apud eos virtutis nomē atq̄ auctoritas valuit: vt in ea oēs summi boni p̄mium p̄dicarent: hec Laetantius. Ex quo patet q̄ auaricia fugienda est: qz mentē susfocat et totum hominem distrahīt.

¶ Auaricia cōtrariatur nobilissimis virtutibus.



¶ Primo auaricia fugiēda est: qz

cōtrariatur nobilissimis virtutibus. Est enim contraria misericordie: clemētie: dilectioni: ac pietati: q̄ dicunt regie virtutes. Et sunt maxime inter oēs que ad p̄imum p̄tinent Unde sup̄ illud. i. ad thymo. iiii. ca. Pietas ad omia vtilis est: glosa Ambrosij dicit sic.

Omnia summa ch̄stiane discipline in misericordia et pietate cōsistit: quā quidā misericordiā qui habuerit: et si lubricus peccatiatur vapulabit quidē: sed nō peribit. hec Ambrosius. Et iō Erisostomus volens nobis ostendere quāte seueritatis ac crudelitatis sit auaricia in libro q̄ nemo leditur nisi a seipso dicit sic. Intantū amor pecunie oēm aiām fatigat vt neq̄ amiciorum det amor locū: q̄bus affectibus inter hoīes nihil p̄feratur. Amor autem pecunie oīa hec humi deijcit: pedibus conculcat: et velut quedā fera et crudelis dñā oīm corda possidet et tyrānica dñatione deuincit: seuit vt barbarus: fertur crudeliter vt tyrannus: debachat impudenter: vt meretrix. Nusq̄ miseret nunq̄ pudet: Adest vbiq̄ dura vbiq̄ terribilis: dura inclemēs: impia: truculēta: et cū lupis et vris ac leonib⁹ feroci

Quāta egerint p̄bi amore sapientie.

Paulus.

Ambrosius:



Erisostom⁹.

Auaricia soluit oīa iura humana et diuina.

us leniat. Suavis tñ videt homibus ⁊ amabilis: ⁊ quid dico
suavis. Melle ipso ⁊ fauis dulcior: hec Kriſoſtom⁹. Qua sen
tentia aperte datur intelligi q̄ auaritia est cōtraria misericō
die clemētie ac pietati que sunt regie virtutes

¶ Auaricia reddit hominem exosum.



Quanto auaritia merito horrenda
est: q̄ reddit hoīem cunctis exosum. At con
tra liberalitas hoīem facit gratum deo ⁊ ho
minibus. Vñ Boetius in .ij. li. de cōsolatiōe
psa. v. dicit sic. Siquidē auaricia semp odio
ſos claros largitas facit. ⁊ Marcus tullius
in .i. li. de officijs ita inquit. Liberalitate nihil est nature ho
minis accōdarius. Et iterū in eodē li. ait. Et q̄ oīs virtus
nos ad se alliciat: faciatq̄ vt eos diligam⁹ in q̄bus ip̄a in eē
videat tñ iusticia ⁊ liberalitas id maxime efficit. Frez ibidē
ſic dicit. Nihil est tam anguſti animi tanq̄ parui q̄ amare di
uitias. Nihil honeſtius magnificētius q̄ pecuniā contēnere.
⁊ in .ij. li. d. officijs: ita inquit. Liberales aut̄ sunt qui ſuis fal
cultatibus: aut captos a p̄donibus redimūt: aut es alienū ſu
ſcipiunt amicoꝝ cauſa: aut in filiaꝝ collatione adiuuant: aut
opitulant vñ in re querenda vñ augenda: hec Marcus tullius
Ratio aut̄ quare liberalitas reddit hoīes claros gratioſos ac
famoſos pōt assignari ex eo q̄ rō bonitatis maxime p̄tinere
videat ad liberalitatē: q̄ bonum ſm Dionyſum est ſibi p̄ſius
diffuſum. Ideo ſm Ambroſium iuſticia cenſurā tenet libe
ralitas bonitates. Liberalis enim bona ſua diffundit dando
alijs: ⁊ ſic homo liberalis aſſimilat̄ deo qui est maxime libe
ralis: q̄ vt dicit Jacobi .i. c. Dat oībus afluenter ⁊ nō impro
perat: hinc Seneca in li. de beneficijs ait. Officiū liberalitatis
est oī perenti dare: deos imitari. Si deos imitaris da etiā in
gratis. Nam ⁊ ſcleratis ſol ouitur ⁊ piratis maria patent. Et
diuus Hieronymus in epl̄a ad demetrium que quidem epl̄a
incipit. Si ſummo ingenio pariq̄ fretus ſcientia: ita inquit.
Non est enī q̄ ſic hoīes deo faciat amabiles vt pietas mētis
⁊ bonitas que tota in xp̄iano eſſe debet vt etiam malis habū
det: deiq̄ imitetur: beniuolentiam qui ſolem ſuum oari facit
ſuper bonos ⁊ malos ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos: hec Vie
ronymus. Et propterea Titus imperator filius Veſpaſiani
dicebatur deliciae humani generis: eo q̄ fuit valde liberalis:
⁊ humanus clemens ⁊ dulcis. Nam cum vna die nil dediſſet
alicui. Dixit baronibus ſuis. Chariffimi hunc diem perdiſi.

iii ij

Boetius.
Marcus tul
lius.

Idem.



Idem.

Freuz mar
cus tullius.



Ratō q̄re a
uaricia red
dit homiem
cunct exoſus
Ziliberalis
aſſimilatur
deo.

Seneca.



Hieronym⁹.

Nota de Ti
to filio Ve
ſpaſiani.



mus: qz nil boni alicui dedim?: liquet ergo qd auaritia etofos
sed liberalitas gratos ⁊ amabiles facit.

¶ Auaricia generat multas sceleratas filias.



No. Auaricia fugiēda est : qz ge

nerat multas sceleratas filias que aiam pec
atricem seducere conant. Sunt autē iste fi
lie numero septem: vt dicit Grego. in. xxxi. li.
mora. l. c. xxxij. Et Thomas in. ij. ij. q. cxvij.
ar. viij. Quaz p̄ma dicit obduratio cordis

Gregorius ⁊
sanctus tho.
Obduratio.

Inquietudo

contra misericordiā: que fit obmittendo elemosynā. hec filia
vocat ab Isidoro inhumanitas. ¶ Sc̄da dicit inquietudo hec
ingerit homini sollicitudinē ⁊ curas sup̄fluas: qz vt dicit Ec
clesiastes. v. c. Auarus nō implebit pecunia. ⁊ Iuuenalis. Cre
scit amor nūmi q̄tum ipsa pecunia crescit. ¶ Tertia dicit vio

Violentia
Gregorius.

Augustinus

lencia hec fit nocēdo alicui palam v̄l occulte. hec filia ab Isi
doro vocat rapacitas. hinc Gregorius in. xv. li. mora. c. xxxv. di
cit sic. Si igit tanta pena mulctat qui nō dedisse sua cōuincit
que pena feriēdus est qui redarguit aliena abstulisse. Et Au
gustinus in li. de verbis dñi. ait. Si in ignem mittit qui non
dedit rem pp̄iam vbi putas mittēdus erit qui inuasit alie
nam. Si cū dyabolo ardet qui nudum non vestiuit vbi putas

Penuriam.

Crisostom⁹.

arsurus est qui expoliavit. ¶ Quarta filia auaricie vocatur p
iurium. Nam auarus vt possit lucrari excedit in sermone ⁊ ali
quando vitur piurio quod sepe euenit inter euentes ⁊ ven
dentes. hinc Crisostomus sup̄ illud Math. v. c. dico vobis nō
iurare oīno: dicit sic. Nemo est qui frequenter iurat quin ali
quando nō piuret: sicut qui cōsuevit multa loqui: aliqñ loqui
tur importuna. ¶ Quinta dicit fallacia que fit p̄ verba decis

Fallacia.
Augustinus

Fraus.
Seneca.

Proditio.

piētis in occulto. Unde Augu. in li. de diffinitōibus dicit sic
Fallacia est p̄ quam motib⁹ deceptorijs veritas palliata vel
odium alterius v̄l pp̄ium cōmodum intendit. ¶ Sexta dicit
tur fraus que est deceptio p̄fecta. hec fit in p̄sentia illius qui
decipit. Ideo Seneca in puerbis ait. Fraus est accipere qd
nō possis reddere. Repelli se hoies facilius q̄ decipi ferunt.
¶ Septima dicit pditio que est idem qd deceptio que fit in
absentia decepti. Sunt alij qui ponūt ml̄to plures filias aua
ricie que tñ reducunt ad septem. Unde versus,

¶ Auarus fallit: perquirat turpia lucra.

¶ Usuras torquet: proditio: vel symonia.

¶ Periurus sequitur furtum: nec mente quiescit.

¶ Et sic patēr q̄ sub breuib⁹ de pctō auaricie occurrēt scribe

da. pro correctiōe vite melioris languētis ac scientis aie.

De peccato luxurie.



Luxuria dicitur a luros grece qd latine dicit solutio. Uñ luxuria nomen duplīciter sumit. Uno modo large p qualibz supfluitate vñ habundantia vñ magnificētia nō solū rerum corpaliū: sed etiā scientie ⁊ virtutis: sicut Hieronymus accipit in epla ad heliodorū ep̄m de epytaphio nepo-

tiani. Epla incipit grandes marterias parua ingenia nō suffe runt. Ibi em̄ collaudans p̄clara ingenia ita inquit. Quō em̄ lete segetes ⁊ vberes agri inter dū culmis aristisq; luxuriant. ita p̄clara ingenia ⁊ mens plena virtutibus in variatū artū redundat elegantia. Uñ ⁊ apud ⁊ grecos p̄bs ille laudat qui oē quo vteret vsq; ad palliū ⁊ anulū manu sua factū gloriatus est: hec Hieronymus. Etia ad Galath. v. c. Glosa dicit q luxuria est quelibet supfluitas. Aliomodo nomē luxurie sumit pprie ⁊ stricte p inordinatiōe circa venera. Uñ Isidorus in l. ii. Ethimo. dicit q luxuriosus qñ solutus in voluptates dē eo q voluptates venere animū hominis a vigoze rōnis maxime resoluunt. Et ideo sanctus Tho. in. ij. q. cliij. ar. i. in respōsiōne ad p̄mum argu. dicit sic. Luxuria p̄ncipaliter quidē est in voluptatibus venereis que maxime ⁊ p̄cipue animū: hoīs resoluunt. Scōario autē dicit in qbuscunq; alijs ad excessum pertinentibus: hec Tho. Sic pariter hoc nomē libido: ⁊ si alijs materijs extendat vt libido vlciscendi: libido dominādi: ⁊ hmoi vt dicat libidinosus ex eo q facit illud qdlibet. Specialiter tñ libido dicit esse in venereis voluptatibus. Sic ergo loquendo pprie luxuriosus dicit solutus in voluptatibus ⁊ in libidine p̄mptus. Q̄d circo luxuria hoc modo diffinit sic. Luxuria est ex immūdis desiderijs veniens lubrica mētis ⁊ carnis prestitutio. Vel luxuria est libidinosē voluptatis appetitus. Intellige hic appetus qui est ex consensu rōnis: qz talis est peccatum mortale. hinc Augustinus in libello de honestate mulierum dicit sic. Voluntas p̄na faciendi reputat p opere facti. Dicitur autē p̄ctū mortale libidinosus appetitus quando rō hoīs nō p̄hibet hmoi appetitum cum posset illud prohibere. Propterea dicit Augustinus q luxuria nō est vitium corporis pulchritū vñ suauium: sed aie puerse amātis corporeas voluptates: neglecta rēperantia qua aptamur spūalibus. Vel luxuria est inordinatus appetitus venereorum. Appetitus dicit

Dupliciter accipitur luxuria,

Hieronymus.

Glosa.
Luxuria proprie sumitur p venereis voluptatibus
Sanctus Tho.

Quid est luxuria.
Iterum.

Augustinus



Augustinus



Dis vsus ve
nereorum et
tra mrimoni
um est morz
tale pctm.



Sanct' tho.
Nota rōnez
beati Tho:
me.



Sanct' tho.
Dyabol' ma
xime gaudet
de pctō luxu
rie ⁊ quare.
Philosop'⁹
Dieronym'⁹.



Gregorius.

tur: q̄ omne pctm̄ principaliter consistit in appetitu seu volū
tate. Inordinatus etiā dicitur quando est cōtra rōnis ordinem.
Si enim appetitus v' vsus venereozū fuerit s̄m rōnem: puta
in debito actu cōiugali: tunc nō est luxuria neq; pctm̄: s; quoz
modocunq; aliter fiat extra limites matrimonij semp est pec
catum mortale: q; directe est p̄tra illud p̄ceptum diuine legis
Non mechaberis. Nomine aut̄ mechie ois illicitus concubiu
tus p̄hibitus intelligit: vt dictum est supra in iexplanatione
sexti p̄cepti: in quo plura notabilia dicta sunt. Ratō aut̄ qua
re ois actus luxurie deliberatus extra matrimonium sit pctm̄
mortale assignat a sancto Thoma in. ij. ij. q. cliij. arti. ij. vbi
dicit sic. Quāto aliqd est magis necessariū: tanto magis oportet:
vt circa illud rōnis ordo seruet. Et p̄ cōsequens magis est
vitiosum si ordo rōnis pretermittit. Usus aut̄ venereozū sicut
dictum est: valde est necessarius ad bonum cōmune qd est cō
seruatio humani generis. Et ideo circa hoc maxime attendi
debet rōnis ordo. Et p̄ consequens si quid circa hoc fiat p̄ter:
q̄ ordo rōnis habet: fruosum erit. Hoc aut̄ p̄tinet ad rōnez lu
xurie vt ordinem et modum rationis excedat circa venerea.
Et ideo absq; dubio luxuria est peccatum. hec Thomas. Im
mo luxuria est vnum vitium capitale: quia ex illo homo pro
cedit a multa peccata perpetranda que oia ex illo vitio tanq;
ex principali oari dicuntur: vt dicit beatus Thomas ibidem
in ar. sequēti. Consequēter scire opz s̄m btm̄ Tho. in. i. ij. q.
lxvij. ar. v. in responsione ad. ij. arg. q̄ dyabol' dicit maxime
gaudere de pctō luxurie. Ratio hui⁹ assignat a sancto Tho.
ibidē: ex eo q̄ pctm̄ luxurie est maxime adherentē ⁊ difficile
hō ab eo eripi pōt. Insatiabilis q̄ppe est appetit' delectabili
um: vt dicit P̄bus in. ij. lib. ethicorum. Hieronymus in epis
tola ad amandum de diuersis questionibus noui testamenti
Epistola incipit. Breuis epistola longas non valet explicare
questiones dicit sic: Furtum: homicidium: rapina: piurium. et
his similia post factum penitentiā habent: ⁊ licet inuitet lus
trum: tamen mordet conscientia. Voluptas sola ac libido eti
am in ipso tempore penitendi preteritos stimulos patitur et
titilationem carnis tinentia peccati: vt per hec que corri
gi cupimus cogitantes rursum sit materia delinquendi. Hec
hieronymus. hinc Gregorius in moralib' ait. Ex quo luxuria
semel mentem alicuius occupauerit: vix eum bona cogitare p̄
mittit. Sunt em̄ desideria viscosa: q; ex suggestionē ois cogi
tatio: ex cogitatione affectio: ex affectione delectatio: ex dele
ctatione consensus: ex consensu operatio: ex operatione cōsue

tudo: ex cōsuetudine desperatio: ex desperatione peccati defensio
 ex defensione gloriatio: ex gloriatioe dānatio. hec Greg. Ideo
 Augustin⁹ in libello de honestate mulierū dicit sic. Inter em̄
 oia xpianoz certamina sola dura sunt plia castitatis ubi quo
 tidiana pugna ⁊ rara victoria. Et hieronym⁹ ad pāmachū in
 epla psalatoria de dormitioe pauline vxoris. Que quidā epla
 incipit. Sanato vulnere. dicit sic. Scit hostis antiquus mai⁹
 p̄mentie q̄ n̄mox esse certamen. Facile abycit qd̄ heret ex
 trinfecus: in testimū bellum periculosus est. hec hiero. Lactan
 tius quoq̄ in .vi. lib. diuinariū institutionū. c. xxiiij. ita inquit.
 Cum excogitasset deus duoz seruū rōnē attribuit ipsis vt se
 inuicē appetere ⁊ cōiunctione gauderent. Itaq̄ ardentissi
 mā cupiditatē cunctoz animantiū admiscuit corporib⁹ vt in
 hos affectus auidissime ruerent eaq̄ rōne propagari ⁊ multi
 plicari genera possent. Que cupiditas ⁊ appetentia in hoie ue
 hementior ⁊ acrior inuenitur: vel qz hoim multitudinē voluit
 esse maiorē: vel qm̄ virtutem soli hoī dedit: vt esset laus et
 gloria in coercendis voluptatibus ⁊ sui abstinētia. Scit ergo
 aduersarius ille noster q̄ta sit vis hui⁹ cupiditatis: quā qdā
 necessitatem dicere maluerūt eamq̄ a recto ⁊ bono ad malus
 ⁊ ad prauū trāfferant. hec Lactanti⁹. Patet itaq̄ qd̄ dura sunt
 prelia castitatis. Vis dictis duo nobis dehorrendo luxurie
 vitio declaranda occurrūt. Primū est de nocumentis luxurie
 Scdm̄ vero de remedijs eiusdem peccati.

Augustin⁹Hieronym⁹

Luxuria ma
 xime nocet
 corpori ⁊ aie
 virtutibus ⁊
 reb⁹ spalib⁹.
 Luxuria dis
 pōit ad mul
 tas egritudi
 nes.

Nota rōnes
 naturalem.



Signant lux
 uria nocet
 stomacho os
 cul ⁊ cerebro



Luxuria circa primū scire debes qd̄ luxuria

infert hoī varia ac multiplicia nocumenta:
 ⁊ q̄tum ad corpus: ⁊ q̄tum ad aiam ⁊ q̄tum
 ad virtutes: ⁊ q̄tum ad bona spalia. Primo
 em̄ nocet valde humano corpori: qz disponit
 illud ad varias egritudines atq̄ diuersas in
 ducit infirmitates ⁊ vitam hoīs abreuiat. Ratio huius est.
 Nam dicunt doctores medicine: precipue Galienus. Comple
 xio feminis est calida ⁊ humida: generat eniz ex claro ⁊ puro
 sanguine quo p̄ncipalia ⁊ ppria pascūt ac sustentātur mē
 bra. Unde in eius euacuatioe si quis per actus turpes modū
 transgreditur: nō supest sanguis quo pascūtur mēbra. Ideoq̄
 virtus hominis debilitatur: corpus desiccatur: ⁊ plures defe
 ctus ac varie egritudines sequūtur: sciaticæ: podagre: passio
 nes yliacæ: dolores stomachi: vertigines capiti. Inter oia autē
 membra corporis humani maxime nocet coitus stomacho:

m iij



oculis: et cerebro: vt dicit in libro pbleumatū. Non em̄ vt ait Salienus pcedit a mēbus solus humor: sed etiam: spūs vitas: per arterias exiit cum semine. Ideoq; nō est mirū si ille: qui est dedit? venereis voluptatib? debilitat: q; dum corpus euacuatur vitalis quoq; virtus minuit. Et p̄pterea teste Dugosne. Luxuria est imoderata carnis petulātia: dulce venenū: im̄ portuna lues: perniciosa potio. Que humanū corp? debilitat et virilis animi robur eneruat. Et iterum. O extrema libidinis turpitudine que nō solum mentē effeminat: sed totum corpus eneruat. Non solū maculat aiā: sed fedat personā. Et idcirco qui castitatem obseruāt diutius cōseruātur in vita. Tū fm̄ Salienū eunuchi diutius viuunt. Etiam aialia casta sunt longioris vite vt plurimū. Nam elephātes vt dicit magnus Albertus in. xxiij. lib. de aialibus. dicūtur esse aialia casta et adulteria nescire. Sunt alij qui dicūt q; elephas est aial mire castitatis ita vt si perdat cōiugē nulli copuletur. Biēnio autē portat fetus nec amplius q̄ semel gignit sed nec plures: sed tm̄ vnum. viuūt autē trecētis annis. Ecōtrario autē aialia multum coeuntia sunt breuioris vite: vt p̄tz de passeribus. de q̄bus dicit Albert? in. xxiij. li. de aialibus. q; passerēs sunt valde multū coitus et gñationis. ita q; vnus passer in vna hora forte vigesies coit. Et caro eius ad libidinē incēdit et cōstipationē inducit: calida em̄ est et sicca. Passeres autē parum viuūt p̄pter coitum et mobilitatē que exciccant in eis humidū vitale. Et iā in libro de pomo legit q; aristoteles philosophorū p̄nceps in mortis articulo carnis illecebras ac turpes actus redarguēs: inter cetera dixit q; qui multū vitur voluptate venerea inuēterat corpus suū et substantiā suam macilētat. Sapiēs est qui desperit et odiuit hm̄oi delectationes que sunt despectiue et viles. Erultare em̄ debuit in tēpore quo aia sua appropinquauit creatori suo. Et dictis p̄tz q; coitus imoderatus debilitat corpus. Nam vna pollutio equalēt q̄dragesies tanto sanguinis emittat: vt dicit sc̄tūs Thomas in. iij. li. senten. dist. iij. q. v. ar. i. Et arist. in. xv. lib. de aialibus. Propterea multi q̄ hm̄oi feces luxurie sequūtur in rabidas febres ac mortales egritudines sepi? incidūt. Multi quoq; ex hoc turpi ac brutali exercitio mortui sunt. Unde in cronica martiniana dicitur q; quisdam in magna dignitate cōstitutus: deditus luxurijs cum meretrice inuētus est mortuus. Et iā amon filius dauids cum meretrici carnali amore fororis sue thamar grauitē infirmatus fuit: vt p̄tz. ij. Regū. xij. c. Sic panter filius prefecti romani ardēs li

Dugo.



Idem.

Qui caste viuit diuti? cōseruat i vita. Elephas est aial castum.



Aialia multū coeuntia sunt breuior vite. De passerib? Nota que se quantur.



Sc̄tūs thō.

Aristoteles.

Exemplum.

Exemplum.

Exemplum.

bidine infirmat⁹ est: et volēs cōsequi effectū turpitudinis sue a dyabolo suffocatus est: quem mirabilr suscitauit beatissima virgo agnes: vt habet in eius legēda. hinc Crisostom⁹ in lib. q̄ nemo leditur nisi a seipso. dicit sic. Vi vero qui in delicijs et luxurijs vitam ducūt: resoluta q̄dam corpora et omni cera molliora circumferūt atq; ppe modū exanime quādā infirmitate repletū. Quibusq; ad cumulū maloz: podagra: tremor: et im matura senectus accidit. Et est eis vita semp in medicis et me dicamēt. Sensus autē ipsi: tardi: graues: et obtusi: et quodā mō iam sepulti: nec vnq̄ aliquid iocūditatis habent. hec Criso stomus. Sic igit̄ p̄z q̄tū noceat luxuria corporū humanis. **Luxuria** obnubilat et obscurat intellectū hoīs.

Crisostomus



Secūdo luxuria infert homini gra

uissimū nocumētū q̄tum ad intellectū: q̄ ipsuz obnubilat et obscurat. Vñ Seneca q̄si in principio primi libri declamationē dicit sic. Nihil est em̄ tam mortiferū ingenijs q̄ luxuria. Et lactātius in. vi. lib. diuinaz insti

Luxuria ob
scurat intel
lectum.
Seneca.

Lactantius.

tutionum. c. lx. dicit sic. Cumq; homini sue natura sue quis deus: nihil mēte prestabilius dedisset. Vñ diuino muneri ac dono nihil taz inimicū q̄ voluptatē. Nec em̄ libidine dñante temperatiē locum esse: neq; in voluptatis regno virtutē posse cōsistere. Sed ecōtrario deus idcirco virtutē dedit vt expugna ret et vinceret voluptatē eāq; egrediētē fines sibi datos intra p̄scriptū coerceret: ne hoies suauitatibus delimitū atq; captū ditioni sue subijceret ac sempiterna morte m̄ctaret. hec lactā tius. Ratio huius assignatur a sc̄to Thoma in. ij. q. xv. ar. iij. vbi dicit sic. Perfectio intellectualis operatōis in homine consistit in quadā abstractione a sensibilib⁹ fantasmatib⁹. Et ideo q̄to intellectus hoīs magis fuerit liber ab hmōi fantas matibus: tanto potius cōsiderare intelligibilia poterit: et or dinare oīa sensibilia. Sicut et Anaragoras dicit q̄ oportet in tellectum esse immixtū ad hoc q̄ imperet et agens oportet q̄ dicitur super materiā ad hoc q̄ possit eam mouere: vt narrat Philosophus in. viij. lib. phisicoz. Manifestū est autē q̄ delectatio applicat intentionē ad ea in q̄bus aliquis delectatur. Unde p̄bs dicit in. x. lib. ethicoz q̄ vnusq; ea in q̄bus delectatur optime operat. Contraria vero nequa q̄ vel debiliter. Vitia etiā carnalia: scz gula et luxuria cōsistunt circa delecta tiones tactus ciboꝝ scz et venereoꝝ que sunt vehemētissime in ter oēs corporales delectationes. Et ideo per hec vitia intēctio

Sc̄tus tho.

Anaragoras

Philosoph⁹.

hois maxime applicat ad corporalia: et per dñs debilitat operatio hoiscire a intelligibilia: magis autem per luxuriã q̄ per gulam q̄to delectationes venereoz sunt vehemētiores q̄ cis bonum. Et ideo ex luxuria oritur cecitas mētis que quasi tota liter spiritualiū bonoz cognitionē excludit. hec thomas. Absorbetur em̄ quodãmo ratio hois p̄pter delectatōes venereas que sunt vehemētissime. An̄ dicit phusin. vii. lib. ethicoz. ca. xiiij. q̄ voluptates impediūt prudētiã et q̄to maiores sunt tãto magis: vt in venereis p̄z. Nemo em̄ dux in illis est: mente p̄spicere quicq̄ p̄t. Etiam hiero. super mattheū dicit q̄ non datur p̄sentia sp̄s sancti tēpore quo cōiugales actus gerūtur. Verba hieronymi sunt hec. et habēt xxxij. q. ij. Lōnubia. vbi dicit sic. Non tñ tēpore illo quo cōiugales actus gerūt p̄sentia sc̄ti sp̄itus dabitur: etiã si p̄pheta videat esse qui officio generationis obseq̄tur. hec Hiero. Intellige q̄ nō datur p̄sentia sp̄s sancti in illo actu quo ad oia: q̄ est ibi q̄dez stupor et homo totus carneus efficit. Vel ideo illi puritui nō daf p̄sentia sp̄s sancti: q̄ est peccatū veniale vt q̄daz dicūt. Sed petrus comesstor qui hystoriã scolasticã edidit dicit q̄ coitus cōiugalis bene exerceri p̄t qñq̄ sine pctō. Sunt alij qui dicūt q̄ qñq̄ q̄s meretur in coitu cōiugali. Est igitur in actu luxurie tantus ardor libidinis q̄ affect⁹ hois nō regitur cōsilio rationis: sed hō tunc efficitur brutalis et ex impetu passidōis cadit in baratrum miserie et turpitudinis. Sicut p̄z de duob⁹ illis semibus iudicibus luxuriōsis: qui exarserūt in cōcupiscētiã susanne. De qb⁹ dicit danielis. xiiij. Et querterūt sensum suum et declinauerūt oculos suos vt nō viderēt celū neq̄ recordarēt iudicioz iustoz.

Luxuria excecatur hoiem et mentē infatuat.

Cecitas mētis oritur ex luxuria.
Philosoph⁹.



hieronymus
Nota verba hieronymi.



Petrus comesstor

hō efficitur brutalis i coitu
Exemplum.

Luxuria mētē infatuat.

hieronymus



Luxuria cum sit illecebrosa voluptas et imoderata carnis petulãtia excecatur hoiem et mentem infatuat. Propterea Osee. iij. ca. dicit sic. Fornicatio et vinum et ebrietas auferunt cor. Sup quo textu diuus hieronym⁹ in primo libro in explanatōe sup Osee ita inquit. Voluptas insatiabilis est et q̄to magis capitur tanto plus vtētib⁹ se famē creat. Ecōtrario beati esuriētes et scientes iusticiam: qm̄ ipsi saturabūtur. Sicut iusticia saturat sic iniqtas: substãtia nō habens bona comedētes fraude deludit. Et vteros deuorãtiū vacuos relinq̄t. Et parū infra sic dicit. Sicut em̄ vinū et ebrietas eum q̄ biberit mētis sue impotem facit ita et fornicatio ac voluptas peruerit sensus anis

mūq; debilitat ⁊ de rationabili hoīe brutū efficit aīal: vt gā
 neas ⁊ lupanaria ⁊ libidinū lustra sectetur. Lumq; ita cor lo
 co suo motū fuerit ligna ⁊ lapides deos putat ⁊ adorat opera
 manū suaz. hec hieronym⁹. Qua sentētia aperte datur intel
 ligi q; luxuria hoīem infatuat ⁊ sensum eius peruertit. Idcir
 co peroprime dicit a sc̄to Thoma in. ij. ij. q. 2. arti. vt supra. q;
 ex luxuria oritur cecitas mētis: que quasi totaliter spūaliū bo
 norum cognitionē excludit. Que cecitas est multū deformior
 ac periculosior cecitate corporali. Tum q; est in nobiliori subie
 cto: sc; in aīa. Tum q; priuat hoīez nobiliori bono: sc; lumine
 gratie qđ sine cōparatione melius est lumine corporali. Etiaz
 cecitas mētis est periculosior cecitate corporali: q; ille qui est
 cecus corporaliter agnoscit cecitatē suam ⁊ fatetur se esse cecū
 ⁊ toto cordis desiderio querit illuminari. Sed illi qui sunt lu
 xuria cecati nec cognoscūt se cecos nec querūt per dolorē con
 tritionis illuminari. hinc Johānis. ix. c. Si ceci essetis nō ha
 beretis pctm̄: nunc vero dictis q; videm⁹ pctm̄ vestrū manet.
 Et ad Roma. i. c. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.
 ¶ Patet etiā q; luxuria hoīez infatuat multiplici exēplo. Nā
 Sanson qui fuit sc̄tificatus in ytero matris sue: ⁊ qui fuit figu
 ra xp̄i: ⁊ qui leonē ⁊ plura milia hoīm pstrauit. Nihilomin⁹
 amore vnus muliercule infatuat⁹ ac mēte cecatus: tandē in
 derisum apud philisteos factus est. hinc Ambrosius in lib. de
 dauid ita inq̄t. Sanson validus ⁊ fortis leonē suffocauit: sed
 amorē suū suffocare nō potuit. Vincula soluit hostiū: s; suaz
 nō soluit nexū cupiditatū. Adesses incendit alienas: sed vn⁹
 ipse mulieris accensus igniculo messez sue virtutis amisit. hec
 Ambrosius. ¶ Taceo de vetustissimo parente postro Ade: qui
 erat in delicijs paradisi iusticia originali ornat⁹. Et q; nō pos
 terat decipi iusticia originali manēte. Et q; habuit oēm scien
 tiam possibilē naturaliter homini. Et q; fuit creatus in habi
 tibus naturalib⁹ integris ⁊ perfectis. Et a quo tota filua hu
 mani generis descēdit. Nihilomin⁹ blāditijs femineis sedu
 ctus est. ¶ Nec loquar de Dauid q; fuit rex hierusalē ⁊ ppheta
 rum eximius. Qui fuit talis ac tantus. q; deuicit bella ⁊ mille
 aduersus se machinas supauit q; leones ⁊ vřos sine armis suf
 focauit. Tandē negli gētor factus ruit in luxuria ⁊ a luxuria
 in homicidiū atq; in plurimas calamitates pctōz. ¶ Taceo
 Salomonē cui nō fuit filis in regib⁹ nec ante: nec post eum: tā
 in gloria q; in diuitijs ⁊ sapiētia. Nihilomin⁹ per mulieres in
 fatuatus fuit vt dicem⁹. hinc diuus Hiero. exemplo istoꝝ cu
 piens nos cautos reddere: scribēs ac nepotianū presbyterum

Sanct⁹ tho.

Cecitas mē
 talis est peri
 culosior cor
 porali: ⁊ q̄re.



Johannes.

Paulus:

De Sansone q;
 luxuria infas
 tuat⁹ fuit.

Ambrosius.



Adā blādi
 tjs femineis
 seductus est.

Dauid ruit i
 luxuriam ⁊ a
 luxuria i ho
 micidiū.

Salomon q;
 p' mulieres i
 fatuat⁹ est.
 hieronymus



in epistola que incipit. Petis a me Nepotiane carissime ita inquit. Vospioliū tuū aut raro aut nunq̄ mulierū pedes terant. Omnes feminas ⁊ virgines xp̄i aut equaliter ignora aut equaliter dilige. Vide ne sub eodem recto māseris nec in pe terita castitate confidas. Nec sansone fortior: nec salome sapi entior esse potes. Admēto semp q̄ paradisi colonū de posses sione sua mulier eiecerit. hec Hieronymus. Ex quo patet q̄ lu luria mentem hominis infatuat.

Luxuria famam ⁊ honorem hominis maculat atq̄ proximū scandalizat.

Luxuria redit hoies ifa mē q̄ ad oia.



Luxuria quia luxuria fm Hugonē est toti⁹ corporis pecudialis ebetudo. Ideo famā: gloriā: ⁊ honorem hois denigrat ac p rimū scandalizat. Unde de salomone sapiē tissimo legim⁹ in .iiij. lib. Reg. .x. c. Et in .iiij. li. Paral. .ix. c. q̄ ipse magnificatus fuit super

De salomōe q̄ oēm gliaz suas fedauit p luxuriam.

oēs reges terre pre diuitijs ⁊ gloria ⁊ sapientia. Et oēs reges ⁊ p̄ncipes atq̄ vniuersa terra desiderabat videre faciē Salo monis vt audiret sapiam quā dederat deus in corde eius et deferebant ei munera vasa argentea ⁊ aurea: ⁊ vestes ⁊ arma ⁊ aromata equos ⁊ mulos p singulos annos. Habuitq̄ salo mon quadraginta milia equoz in stabulis. Et curruū equitū q̄ duodecim milia. Et breuiter tpe salomonis tanta erat ha bundantia argenti in hierusalem q̄ta ⁊ lapidū: nec argentus erat alicui⁹ precij in diebus illis. Intellige p cōparationē ad aurū. Ex quo patet q̄ta fuerit maiestas: potentia: gloria: ac fama salomonis. Sed hec oia ppter luxuriam ac voluptates mulierū fedauit. Atq̄ oēm dignitatem sapientie sue obfusca uit. vñ Eccli. xlvij. c. postq̄ plura de gloria salomonis dicta sunt ita subiūgit. Inclinaſti femora tua mulierib⁹ dedisti ma culam in glia tua. Hoc dicit q̄ scribit. .iiij. Reg. .ij. c. q̄ rex salo mon adamauit mlieres alienigenas multas filiā q̄s pharaonis ⁊ moabitidas ⁊ amonitidas indumeas ⁊ sydonias et ce theas degentibus. Vis itaq̄ copulatus est salomon ardens tissimo amore: fuerūtq̄ ei quasi regine septingente ⁊ scubine trecente. Et auerterūt mulieres cor eius. Cum iam esset senex deprauatū est cor eius p mulieres vt sequeretur deos alienos nec erat cor eius pfectum cū dño deo suo sicut cor dauid p̄is eius. hec ibi. ¶ Nota ergo q̄ salomon in tanta magnificentia sua ⁊ habundantia diuitiarū nō est auersus a deo: nisi p inor dinatū amorē voluptatū. ideo sc̄tus Thomas ad reges cypri

Nota oia.

Nota qd scri ptura dicit d salomone.

Iterum.



Sanct⁹ iho.

in.ij.li.de regimine pncipū.c.viij. dicit q̄ scōe res regi salo-
 moni fuerūt noxie:q̄ lapsus in luxuriā ruit in idolatriā. Ex q̄
 factus est abominabilis pp̄lo intantū vt serui eius rebellaret
 ei diripiētes spolia sue regionis ⁊ vastantes terrā absq̄ resi-
 stentia:vt d̄.ij. Reg.xi.c. Cū tñ pius oēs obedirent ad nutū
 sicut testat regina saba: vt p̄z in.ij.li. Reg.x.ca. Fuit quippe
 salomon in pncipio sui regiminis ad magna p̄motus p̄pter
 diuinā reuerentiā quā obseruauit: Sed in fine sui regiminis
 cecidit in vilia p̄pter delicta q̄ cōmisit:q̄ miseros facit popu-
 los pctm̄. Tradunt tñ hebrei ⁊ plures doctores catholici q̄ sa-
 lomon in fine vite sue suū recognouit erroē: seq̄ disposuit ad
 p̄niam de cōmissis. Et librū ecclīastices cōposuit in quo sicut
 expertus cuncta diffinit vanitati subiacere. Ideo dicit in eo-
 dem li.ij.c. Eunq̄ me cōuertissem ad vniuersa opera que fece-
 rant manus mee: ⁊ ad labores in q̄bus frustra sudauerā vidi
 in oibus vanitatem ⁊ afflictionē animi ⁊ nihil p̄manere sub
 sole. Et in fine eiusdē libri ita p̄cludit. Finē loquēdi oēs pari-
 ter audiamus. deū time ⁊ mandata eius obserua. hoc est ois
 homo. Hinc hieronym⁹ loquens de salute eius in primo libro
 sup̄ ecclīastice.c.i. dicit sic. Aiūt hebrei hūc librū salomonis eē
 p̄niam agentis:q̄ in sapia diuitijsq̄ cōsifus p̄ mulieres offen-
 derit deū. hec hieronym⁹. Ex dictis itaq̄ p̄z q̄ luxuria famā
 ⁊ honorē maculat ⁊ primos scandalizat. Hinc Gregori⁹ di-
 cit q̄ pctā carnalia sūt minoris culpe ⁊ maioris infamie: que
 verba nō sunt intelligenda vt q̄dam prepostere exponūt. Nā
 si tales arguantur eo q̄ turpitudines luxurie quasi inmunde
 sues insequūtur: tunc subito vt sibi in vitijs carnalib⁹ blandi-
 antur: quasi pro clipeo iniquitatis sue alti⁹ repetūt beati Gre-
 gori⁹ s̄ba dicentes: pctā carnalia sunt minoris culpe ⁊ maio-
 ris infamie: sicq̄ ad excusandas excusatiōes in pctis p̄ficiūt
 ad impudentiā vt sibi peccandi licentiā subministrent. S̄vt
 ait hiero. Vitiosissimū dicendi gen⁹ est sanctorū patrum no-
 stroꝝ deprauare sententias ac fidei tollere veritates. Et ideo
 sanct⁹ Tho. in. i. ij. q. lxxij. ar. v. declarans p̄dicta beati grego-
 ri⁹ s̄ba dicit sic. Pctā sp̄nalia sunt maioris culpe q̄ pctā car-
 nalia: q̄ nō est sic intelligendū vt quodlibet pctm̄ etiā sp̄nale
 sit maioris culpe quolibet pctō carnal. s̄z q̄ p̄siderata hac so-
 la differentia sp̄nalitatis ⁊ carnalitatis grauiora sunt ceteris
 paribus triplici rōne: vt supra explicauim⁹. Nota ḡ q̄ ad iu-
 dicandū grauitatē peccatorū nō sufficit cōsiderare solūmodo
 genus ipsius peccati: sed etiā oportet aduertere circūstantias
 peccatorū vt in sequētibus dicemus. Et ita contingit plerūq̄

Salomō fa-
 ctus ē pp̄lo
 abomiabilis

Nota ḡ salo-
 mone an sit
 saluus.



Sacra scrip-
 tura videtur
 in fauorē sue
 p̄nie loqui.

Hieronym⁹
 loquit̄ p̄ sa-
 lute eius.

Nota verba
 gregori⁹ quō
 intelligunt̄.




Hieronim⁹

Sanct⁹ tho.
 Quō intelli-
 guntur pctā
 carnalia esse
 maioris culpe



Nota suffi-

cit **Considerare**
gen⁹ pcti.
Dieronym⁹?



Nota aurea
verba hiero-
nymi.

Nullū pecca-
tum pōt dici
leue.

Dieronym⁹?

Luxuria to-
tū hoīem agi-
tat et distra-
hit.



Luxuria non
cōuenit sapi-
entibus s̄m
hieronymū.

in peccatis carnalibus plures esse circūstantiarum deformita-
tes quibus redduntur grauiora spūalibus. His igitur vbo fitas
tibus talū obloquentium dimissis adhareamus firmiter illi
auree sententie diui hieronymi scribentis ad cellantiā: in epi-
stola q̄ incipit. **Actus** scripture celebrata snia est vbi ita inq̄t
Stoicoꝝ quidē est pctōꝝ tollere differentiā ⁊ delicta oia pa-
ria iudicare. Nec vllum inter scelus ⁊ erratū discrimen facere
Nos vero ⁊ si multū inter pctā distare credim⁹: qz ⁊ legimus.
Tū satis pdesse ad cautiorē vitā dicim⁹: etiā minima timere
p maximis. Tanto em̄ facilius abstinem⁹ a quocūq; delicto
q̄to illud magis metuimus. Nec cito ad maiora p̄gredimur q̄
etiā parua formidat. Et sane nescio an possim⁹ leue aliquod
pctū dicere qd̄ in dei contemptū admittit. Estq; ille pruden-
tissimus q̄ nō tam p̄siderat quid iustum sit q̄ illum q̄ iusserit.
Nec qualitatem imperij: sed imperantis cogitat dignitatem
hec hiero. Et ad athletā de institutiōe paulē filie sue: epistola
incipit. **Beatus** apostolus paulus. Idem hieronym⁹ dicit sic
Non sunt contēnenda quasi parua sine quibus magna cōsta-
re nō possunt. hec hieronymus. Et sic p̄ q̄ etiā leuia peccata
cauenda sunt: ⁊ q̄ luxuria famam hominis maculat: ⁊ reddit
hominem despectum ac vilem.

Luxuria oēs potentias aie: ⁊ oēs virtutes dissipat.



Quinto luxuria vt ait **Ambrosius**.

Nunq̄ pmanere quietū patitur affectū ho-
minis. Nocte feruet die anhelat. Et iō men-
tem hoīs implet varijs passionib⁹ desiderijs
inquietudinibus ac suspitionibus. Et breui-
ter luxuria rationē perturbat: intellectum he-
berat. memoriā eneruat: obliuionē imittit errores infundit:
ignorantiā inducit: ⁊ hoīem vilem ⁊ quasi bestia facit. Quas
propter veneree voluptates nō cōueniunt aio sapientū: quia
s̄m hieronymū alios ac generosos spūs frangunt: ⁊ de altissi-
mis cogitationibus ad humillimas detrahūt. Luxuria quoq;
facit hoīes querulosos: impatientes: iracūdos: temerarios: fa-
stidiosos ⁊ ferentes qz coitus inducit fetorem: ⁊ breuiter tol-
lit gratiā oīs virtutis. hinc Lactantius in. vi. li. diuinarum in-
stitu. c. xxi. dicit sic. Ergo qui veritati studet q̄ non vult ipse se
decipere: abijciat inimicas ⁊ noxias voluptates que aiām sibi
vinciant: vt corpus tibi dulces: p̄ferantur vera falsis: eterna
breuib⁹: vtilia iocundis. Nihil aspectu gratum sit: nisi qd̄ pie
iuste fieri videas: nihil auditu suauē nisi qd̄ alit aiām: melioꝝ

semper te reddit. hec Lactantius. Dicamus ergo cum hugone. Zuxuria est imoderata carnis petulancia: dulce venenum ipso fortuna lucrosa: pniciosa potio: que humanum corpus debilitat et virilis animi robur eneruat. **T**el ut ait hiero. Zuxuria est ignis infernalis: cuius materia gula: cuius flamma supbia: cuius scintille prava colloquia: cuius fumus infamia: cuius cinis immundicia: cuius finis gehena. Iterum hiero sup pabolas salomons li. i. sup illud vij. c. pcium enim scorti vix vni panis est ita inquit. Recordare quia brevis est voluptas fornicationis et perpetua pena fornicationis. Sicut enim vni panis diurnam solum effugit esuriam. et nihilo minus postmodum esurit: que comesto pane sat abscesserat. Sic que intrat ad scortum ad horam quidam euaporat libidine: sed post paululum ardentior reddit. hec hiero. Idcirco ouidius in. ij. lib. de arte amandi sic ait.

Quod iuuat exiguum: plus est: quod ledat amantes.
Proponant animo: multa ferenda suo.

Quot lepores in atho. quot apes pascuntur in hylba.

Erula quot baccas: paladis arbor habet.

Zittoze quot conche: tot sunt in amore dolores.

Iterum Ouidius in. ij. lib. de remedio amoris: ita inquit.

Artibus innumeris mens oppunatur amantum.

Et lapis equoieis vndiqz pulsus aquis.

Vinc diuus hiero. in sermone de assumptione purissime virginis: que incipit. Rogitis me o Paula et Eustochium: sic dic. Hoc habet impatens amor: ut que desiderat semper iuenire se credat. Ignorat siquid de iudicio: ratione multotiens caret: modum nescit: nec aliud cogitare potest quam quod diligit. Amorem non accipit de impossibilitate solatiu neque ex difficultate remediu. hec hierony. Et dictis partibus: que in venereis voluptatibus: per vna guttula dulcedinis inuenit abundantiam amaritudinis. Paucitas quidem melis sed magna queritas fellis. et ideo Grego. ait. Ad mentanensem est quod delectat eternum vero quod cruciat.

Luxuria occidit animam rationalem et quod.



Sexto luxuria infert homini gravissimum damnum que ad animam: que illam occidit tollendo gratiam dei que vivit: nutrit et sustentat. Dis quippe actus luxurie deliberatus extra limites matrimonij est peccatum mortale ut dictum est. **A**lia autem que peccauerit mortaliter ipsa morietur ut habet Ezechie. xvij. cap. Et ideo fornicatio simplex que est soluta cum soluta est peccatum mortale. Unde sanctus Thomas in. ij. q. c. liij. ar. ij. probat fornicationem simplicem pec-

Dugo.



Dieronymus.

Zuxuria insatiabilis.



Ouidius.

Ouidius.



Dieronymus.



quid est amor

Gregorius.

Zuxuria tollit gratiam omnis virtutis et occidit animam.

Sanctus Thomas.

Probat for-
nicatores sim-
plicem peccatum
mortale.



Hieronymus.
Paulus.

Paulus.

Thobias.

Sanctus thomas.

Nota sunt for-
nicatores.

Hugo cardinalis.

Peccatum elongat
hominem a
deo.

Esayas.

Salomon.

Auctoritates
in primum

Ratio domini
hugonis car-
dinalis.

catum mortale tali ratione. Nihil excludit a regno nisi peccatum mortale: sed fornicatio excludit hominem a regno ut patet per apostolum ad Galatas. v. c. ubi enumeratis quibusdam peccatis inter que ponitur fornicatio ita subiungit dicens. Qui talia agunt regnum dei non consequentur: ergo fornicatio simplex est peccatum mortale. Hinc hieronymus ad furiam de viduitate servanda: epistola incipit. Obsecras litteris dicit sic. Sola libido in fita a deo ob liberorum procreationem si fines suos egressa fuerit redundat in vitium. hec hieronymus. Propterea paulus ad Romanos. i. c. Postquam multa peccata enumeravit et inter illa fornicationem: ita subdit. Digni sunt morte non solum qui ea faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus. et i. ad Thessalios. iij. c. ait Paulus. Nec est enim voluntas dei sanctificatio vestra ut abstinere vos a fornicatione ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore: non in passione desiderij sicut et gentes que ignorant deum. Facit etiam ad propositum illud quod dicitur Thobias. iij. c. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione et preter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Crimen autem ut exponit sanctus Thomas ubi supra: importat peccatum mortale: ergo fornicatio et omnis concubitus qui est preter uxorem est peccatum mortale. Propterea ex determinatione facta in primo consilio quod celebratum fuit hierosolymis tempore apostolorum: ut habet Actuum. xv. c. Ad mandatum fuit conversis ad fidem et precipue gentilibus ut abstinerent se a fornicatione: quia gentiles et pagani putabant fornicationem simplicem sibi licere: quod est erroneum. Hinc david in psal. lxxij. Quomodo ecce qui elongant se a te peribunt perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Nota sunt Hugonem cardinalem super hoc passum: quod illi elongant se a deo qui faciunt peccatum. Nihil enim aliud elongat hominem a deo nisi peccatum mortale. Hoc est enim chaos magnum firmatum inter deum et peccatores. unde Esayas. lix. c. dicitur sic. Ecce non est abbreviata manus domini ut saluare nequeat neque aggranata est auris eius ut non exaudiat: sed iniquitates vestre diuiserunt inter vos et deum vestrum. et Proverbia. xv. c. Longe est dominus ab impijs. Sed in contrarium sunt alie auctoritates. Nam deus est ubique per essentiam: presentiam: et potentiam. ideo Iere. xxij. c. Deus est vicino ego sum dicit dominus: et non deus de longe. Et iterum in eodem ca. Nunquid non celum et terram ego impleo dicit dominus. Respondet hugo cardinalis sic. Prope dicit dominus esse malis per iusticiam: sed longe dicitur esse per gratiam: dicit ergo. Qui elongat se a te: non te a se: cum semper sis prope

vel per gratiam vel per iusticiam: ideo tales peribunt. Et merito: quia seiplos elongarunt a vita. Sequitur perdidisti omnes qui fornicant abs te. Nota cum dicit perdidisti: id est perdes tu dñe deus. Nam vitur verbo preterito p futuro fm mores ppheticum ppter certitudinē rei. Perdes. s. morte eterna omnes indistincte sine acceptione psonarum qui fornicant. Vel corporali fornicatione p luxuriam: vel spiritualiter p perfidiā vel criminaliter p quācūq; culpam mortalem. Vnc Paulus i. ad Corin. i. c. ait. Neq; fornicarij: neq; idolis seruiētes: neq; adulteri: neq; molles: neq; masculoz concubitores: neq; fures: neq; auari: neq; ebriosi: neq; maledici: neq; rapaces regnū dei possidebunt. Et cum dicit David abs te: id est abstractus et illectus temporalib⁹. Vel explana sic fm eundē Dugones. Tu dñs deus perdidisti id est amisti: quia dñs amittit: et quodā modo ignorat eos qui elongati sunt ab eo per pctm mortale. Vnde quādo quesuit Adam pdictum dixit. Gene. iij. c. Adaz vbi es. Precipue autē perditū dicunt apud deum fornicatores: quia e contrario. Casti et puri sunt cum eo et primi ei. Sap. vi. c. Incorruptio facit esse primum deo. Vnc Isidorus in. ij. li. de summo bono. c. xxxix. dicit sic. Inter cetera septem vitia fornicatio marini est sceleris: quia p carnis immūdiciam templū dei violat: et tollens mēbrum christi facit mēbrum meretricis marime p carnis luxuriam humanū genus subditur dyabolo q̄ p cetera vitia. Cum em̄ ille varijs tēptamentis illectos homines conetur puertere. Magis tñ mechandi desiderium suggerit: quia vtrumq; sexum in hoc vitio amplius egorare intendit. Demones scientes pulchritudinē esse anime castitatē et p hanc hominem angelicis meritis e quibus illi lapsi sunt coequari: liuore percussi inuidie inuicunt per sensus corporis opus: desideriumq; libidinis. Quatenus a celestibus deosus delectam animam pertrahant: secunq; quos vicerint glorian tes ad tartara ducant: hec Isidorus. Patet itaq; ex dictis qd luxuria occidit animam.

Luxuria destruit et consumit tyalem substantiam:



Et primo luxuria nō solum infert homini oīa mala v̄ quibus diximus: s; etiaz diuitias consumit: et tyalem subam destruit ac marsupia euacuat. Vnde Salomon puer biozum. xxxix. c. ait. Qui nutrit scortum pdet substantiam. Clarum est em̄ qd illi qui sunt dediti venereis voluptatibus vacant cōtinue cōmessationib⁹



Nota qd mltipliciter hō fornicatur.

Paulus.



Aliter explana. Exemplum ade.

Isidorus. Castitas est pulchritudo anime.



Luxuria cōsumit bona tyalia.

Salomon.

bus et ebrietatibus: quod ut ait Hieronymus. Vicina sibi sunt venter et genitali: et unum alteri subministrat ex vicinitate membrorum sequitur confederatio vicioꝝ. Ideo exponunt omnem substantiam suam in filiabus leuitatibus. Et pariter oportet eos continue pecuniam suis meretricibus effundere: quod talis amore castrens munus amatis amat. Nunc vestes: nunc gemas: nunc calciamenta: et breuiter nunquam meretricule sudariois anulis: fasciis: odoramentis aut munusculis satiant. hinc dicit Hieronymus ad eustochium in regula dicit sic. Imperfectissimus mulierum affectus semper in vestibus: semper in lauro: semper in lapidibus preciosis et ornamentis extrinsecis gloriam ponunt. Non sufficit eis libido innata nature: sed occasione querunt explere libidinis. Affectant proculdubio ut oculi viroꝝ aurium contemplantur et gemas tandem finguant in facie ut oculorum suorum nutibus facilius incideret ad libidinosum incendium. Quid meretrici gloriaris in margaritis et gemis? Quid ad te attinet argentus et aurum? Quid extaltaris in pulchritudine: spem? Nonne ois caro cinis et fenulum: et ut verius dicam massa putredinis: ab omni veniunt et fetidissimum stercus? Quid in te mirandum: puerorum spectaculum? Nonne et si laudes gemarum aut metallorum preciositas quam sibi natura tradidit: semper tamen cognosceris: cinis: fenulum: et stercus immundum: ex immundo productum semine. O si tu velles intueri vilissima mulierum quam recedat in corpe quam tanto cultu extollis. Ipso etenim iumento et bestiis terre: aut es equalis: aut deterior. Intus est unde gloriaris non extra. In vase isto tam turpi thesaurum tenes quem summa cum diligentia colere debes et seruare summa custodia. Nihil ad te de vase fictili si turpis forma sit extra: dummodo intus sit nobile: sit pulchrum quod latet intus sit integrum quod preseruat: hec Hieronymus. O quot et quanta exponunt adulteri et ganeones in hominum lasciuientibus meretriculis: que multo potius pauperibus christi deberent erogari: a quibus talia videntur tolli et auferri. Ideo propter abusum talium sperant si bi eterna tormenta reddidit domino rationem de hoc quod de bonis si bi a deo colaris seipsum occidunt atque alios in peccatis detinent: quod certe animam et postea corpus in gehennam sibi reseruant: nisi de tali miseria in hac vita penitentiam agant. hinc Hieronymus ad pamachium consolatoria de dormitione pauline uxoris. Epistola incipit. Sanato vulnere: dicit sic. Pars sacrilegi est rem pauperum dare non pauperibus. hec Hieronymus. Similes ergo infelices dicendi sunt et miserabiles. An Hieronymus ad amicum egorum consolatoria. epistola incipit: quam certissime noueris dicit sic. Ille porro iudicandus est miser et eger qui voluptatis

Hieronymus?

Aurea Insa
Hieronymi.Miseria hu
mane carnisIn corpibus
humanis la
tent thesau
ri.Nota illos
qui distribuunt
bona sua in
meretrices.

Hieronymus?



Hieronymus?

bus marcidus p illecebras volutatur ⁊ iacet. Ille se nouerit infelicē qui vagat inf oblectamēta vitioꝝ eneruata felicitate cōfossus. Miser ⁊ ifelix est qui nō fuerit in in felicitate tēpꝛ rarus. hec hierony. Sed q̄ illi qui imoderatas ac farentes libidines insequunt: r̄palem subam ac diuitias suas cōsmā: p pulchre ostēdit veritas. Zuce. xv. c. dans nobis exēplum de filio pdigo qui oēm substantiā suam dissipauit viuēdo luku riosē cū meretricibus: cuius hykroziā vide ibi: hec de nocumen tis luxurie dicta sufficiant.

De remedjs contra luxuriam.



Omnes doctores catholici ⁊ gen tiles philosophi testant q̄ inter omnes pas siones anime difficillimū est vincere vehe mentiam passionis venereoz. Unde Quidi us in. ij. lib. de arte amādi: ita inquit. Blan da truces animos fertur mollisse voluptas.

⁊ dñus hieronymus in epistola ad matrem ⁊ filias in gallia cōmorantes. Ep̄la incipit. Retulit mihi quidā frater e gallia dicit sic. Ferreas mētes libido domat que maiorē in virginibꝫ patitur famē dum dulcius putat oē q̄ nescit. Narrāt genti lium fabule cantibꝫ syrenaz nautas iesse in saxa p̄cipites. hec hierony. ⁊ Augu. in lib. de agone xp̄iano. Et iterum in libel lo de honestate mulierū ait. Inter oia xp̄ianoꝝ certamina du riora sunt p̄lia castitatis: vbi est quotidiana pugna ⁊ rara vic tona. Sed quia ex frequentatis actibus generatur habitus Idcirco quales sunt actus tales habitus subsequunt: vt dici tur in. ij. li. ethicoꝝ. Cum aut̄ habitus sit de difficili mobilis s̄m philosophum. Ideo hi qui deseruiunt venereis voluptas tibus faciunt in eis quādam assuefactioem ⁊ cōsuetudinem Dum vero cōsuetudini non resistitur fit quedam necessitas: qua semper inuiti trahuntur ad nephas: eo q̄ luxuria est que dam viscosa voluptas ⁊ delectatio maxime adhesionis: quo fit vt quem semel prauē cōsuetudines ceperint nequaquā faci le ad rectitudinem veritatis possit resurgere. Propterea rari ro vt adolescētule que in tenera etate corumpuntur sint post modum continentes: quia visitata culpa obligat mentem. Nā a scelere in scelus fimbundo impetu labuntur: ab adolescētia quidā transiunt ad iuuentutem. A iuuentute ad virilē etatē ⁊ tandem in senectam ⁊ senū. Quo nil miserabilius homini contingere potest. hinc Marcus tullius in. i. li. de officijs ait. Luxuria vero cum omni etati sit turpis tamen senectuti feti



Nota exte plum.

Passiōes ve nereoz sunt vehemētissi me. Ouidius. Dieronymꝫ.



Augustinꝫ. Int oia xp̄ia noꝝ certami na duriora s̄t p̄lia casti tatis.



Luxuria est viscosa dele ctatio. Habitus ve nereoz dif ficultate p̄nt depomi. Marcus tul lius.



Luxuria tol-
lit oim spūa
lium cogni-
tionem.
Nota totus.

Quidius?



Hieronym?

Quidius.

Isidorus.



Qui in iuue-
tute nō vixe-
rūt caste: nec
in senectute
dicendi sunt
cōtinentes.
Hieronym?

dissima est. Si igitur tales fecibus luxurie immerfos diligenti-
tius inspereris: videbis illos ingenio obtusos: et quo ad spūa
lia mente cecatos: ut pote qui nil penitus percipiunt de his q̄
dei sunt. q̄ cecitas mētis tollit fere oim rerū spūalium cogni-
tionez: ut dicit sc̄tūs Tho. Ideo si clerici aut religiosi fuerint
in h̄mōi miseris habituati: efficiunt pueri et contētores p̄ces
ptorum ac ceremoniarū religionis sue: ambulantes ut cecī: q̄
dño peccauerūt. Et breuiter sunt pessimi et incorrigibiles ac ce-
teris deteriores. Tales em̄ possunt quidē habere certa bona
desideria more illoz qui detinent in cōpedibus qui habēt ele-
ctiones eundi ad pegrinatiōes: et pia desideria faciēdi elemo-
synas: s; quo ad executionē sunt ligati et infirmi. Sic pariter
libidinosa mens h; q̄q; pia desideria bene viuēdi ac exrens-
di a fecib; luxurie: s; natura assuet; viscositatib; venereorum
ad mores recurrit dānatos fixa et mutari nescia, hinc Quidius
in. i. li. de remedio amoris: sic ait.

Sed q̄ delectat veneris decerpere fructus.
Dicimus assidue: cras quoq; fiet idem.
Interea tacite serpunt in viscera flamme.

Et mala radices altius arbor agit. Hec Quidius.

Quia ergo cōsuetudo est que vitia aut virtutes alit: ut ait
Hieronym; ad demetriā. Ideo dū adhuc mobilis est etas et
anim; duci facilis exercenda est boni cōsuetudo ac optimis re-
bus occupandū ingenū: q̄ teste Quidio in. i. lib. de remedio
amoris. Qui non est hodie cras minus aptus erit. Propterea
qui in iuuetute inhoneste vixerūt in senectute casti dicēdi nō
sunt. Vñ Isidorus in. ij. li. de summo bono. c. xxxix. ita inquit
Quidā in iuuetute luxuriose viuētes in senectute cōtinentes
fieri delectant: et tunc eligunt seruire castitati: q̄n eos libido
seruos habere contēnit. Nequaquā in senectute cōtinentes vos-
candi sunt: qui in iuuetute luxuriose vixerunt: tales nō habēt
pmium: q̄ laboris nō habuerunt certamen. Eos em̄ expectat
gloria in quibus fuerunt laboriosa certamina: hec Isidorus.
Et ergo valeamus pudicitiam nostrā dño cōsecrare ac libidis
nosos laqueos eterne mortis euadere: debemus totius reals-
sumptis viribus cunctas occasiones luxurie scindere: iuxta cō-
siliū diui hieronymi scribentis ad p̄ncipiam in explanatio-
ne illius psal. Eructauit cor meum. Epistola incipit. Scio me
p̄ncipia vbi dicit sic. Scias virginitatē pudicitie gladiū semp
habere p̄ quē truncat opa carnis et superat voluptates. Senti-
um quoq; error deas virginū fixit armatas. hec hiero. Poteri-
mus itaq; imoderatas libidines atq; opa carnis superare s;

novem remedia habebimus que sequuntur.

Primum remedium contra luxuriam est truncare immundas cogitationes.



Diximus ergo remedium quo uti debemus ad truncandū opa carnis est repulsio turpium ac malaz cogitationū. Ubi *Isidorus* in .ij. li. de summo bono. ca. xxv. dicit sic. Magna observantia circa cordis custodiā est adhibenda: quia aut bone aut male rei ibi consistit origo. Nam scriptū est. Ex corde exeunt cogitationes male. *Isidorus* si prius prave cogitationi resistim? in lapsum opis non incurrimus. hec *Isidorus*. Iterū in eodē li. c. xxix. ait. Antequā proficiatur adulteriū in ope iam extat adulteriū in cogitatione. Ex corde enim primū fornicationes sunt auferende: et non primum postea in ope. Et propterea iuxta sententiam *hieronymi* ad demetrium. Ad primū animi motū debemus approbare: vel reprobare id quod cogitamus: vel bonas cogitationes alere vel statim malas extinguere: quia non solum consensus in actum peccati mortalis est peccatum mortale: sed etiam consensus in delectatione peccati mortalis est peccatum mortale: ut dicunt doctores catholici signanter *Robertus holcoth*. sup. librum sapientie lectione. lxxi. Ideo *Augustinus* in libello de honestate mulierum dicit sic. Voluntas peccati facienda reputatur pro ope facti. et *hieronymus* ad rusticū monachum ait. Ne nobis qui quoties concupiscimus toties fornicamur. Etiam *lactantius* in .vi. li. diuinarum institutio num. c. xxij. dicit sic. Preterea non tamen adulteriū esse vitandum sed etiam cogitationē ne quis aspiciat alienā: et animo concupiscat. Adulteriā enim fieri mentē: si vel ymaginē voluptatū ipsa sibi depinxerit: mens est enim profecto que peccat que imoderate libidinis fructū cogitatione complectitur. In hac crimē est: in hac omne delictum. Nam et si corpus nullalabe maculatū: non constat tamen pudicitie rō si animus incestus est: nec illibata castitas videri potest: ubi proficiat cupiditas inquinavit: et *Lactantius*. Quando ergo libidinoze aut turpes cogitationes cor nostrum agrediuntur: tunc debemus illud dirigere ad cogitandū quatuor: orationem nouissimam. Primo cogita dies mortis tue in qua eris ab omnibus derelictus? et corā eterno iudice pietatis ibique daturus rō nem de omnibus opibus tuis. Hec ait *Seneca*. Libidinis initium continebis si exitum cogitaueris. hinc *hieronymus* ad fuzianas. epistola incipit. Obscras litteris: dicit sic. Cogita quotidie te esse morituram et nunquam de secundis nuptijs cogitabis.

n ij

Isidorus.



Isidorus.




hieronymus.



Nota.
Robertus holcoth.
Augustinus
hieronymus.

Optime cogitationes sunt quattuor: non nouissimorum. *Seneca.*
hieronymus.
Cogita eternam vitam. pena

- rum inferni. ¶ Secundo cogita eternitatem penarum inferni: & qualiter momentanee sunt libidinoſe delectationes: ſed cruciat⁹ eterni
- Augustinus. Unde Augustinus in libello de honeſtate mulierum dicit ſic
 O q̄ta iniquitas: o q̄ta peruerſitas vt aia quam xp̄s ſuo ſa-
 cro ſanguine redemit luxurioſus quiſq; p̄pter vnius momen-
 ti delectationem libidinis: dyabolo peſſimo inimico ſuo ven-
 dit ac tradit. Vere nimium miſeranda & plangenda conditio
 eſt vbi cito preterit quod delectat & permanet ſine fine quod
 cruciat. Sub momento em̄ libidinis impetus tranſit & p̄ma-
 net ſine termino anime infelicis opprobrium. Sed dicit ali-
 quis. Iuueni homo ſum facio quod me delectat modo: & poſt
 ea penitentia agaz. Quomodo ſi dicat: p̄cutio me crudeli gla-
 dio & poſtea vadam ad medicum. Ven miſer homo neſcis q̄
 vnius hore puncto vulnus accipitur: ſed vir lōgo tempore ad
 ſanitatē p̄ſtinam reuocatur. Qui em̄ fornicans dicit peni-
 tentiam ſe acturum quare nō timet ne eum ſubitanea febricu-
 la vel aliquo caſu ſubito mors ſupueniens rapiat & vereat di-
 lario & ſuccedat eterna damnatio. hec auguſtinus. Etiam Ji-
 dorus in. ij. li. de ſummo bono. c. xxxij. ita inquit. Quando im-
 pulſu demonū mens ad delectationē fornicationis impelli-
 tur, diuini iudicij metus & eterni tormenta incendij ante oculos
 p̄ponantur: q̄ nimirum omnis pena grauioris ſupplicij
 formidine ſuperat. Sicut em̄ clauus clauium expellit: ita ſe-
 pe recordatio ardoris gehenne: ardorem excludit luxurie. hec
 Jhdorus. ¶ Tertio cogita tremebundā diem extremi iudicij
 in quo detegentur omnes turpitudines peccatorum in cōſpe-
 ctu omnium gentium. Si enim in hac vita tātum verecunda
 mur de peccatis luxurie quid erit in conſpectu totius mundi.
 hinc Hieronymus ad fabiolam. Epistoſa incipit. Uſq; hodie
 in lectione veteris teſtamēti: dicit ſic. O q̄tre virgines & quāto-
 rum ſperata pudicitia in die iudicij deboneſtabit: & quāto-
 rum pudicitia infamata a deo iudice coronabitur. Et ad pam-
 machinm & oceanuz in epistoſa que incipit. Qui ethyopem
 inuitat ad balnea: ita inquit Hieronymus. Aderit illa dies q̄
 facta noſtra quaſi in quadā tabula depicta monſtranda ſunt
 O q̄tis in die illa expediffet ſi mēbroz ſenſu & viſcerum vi-
 gore in hac vita caruiſſent. Et q̄ti illic elingues & muti feli-
 ciores loquacibus erunt. Et q̄ti paſtores philoſophis: quāti
 ruſtici oratoribus. Et quāti ebetes argutis preferendi ſunt ci-
 ceronis. Itez hieronymus ad aſellam ait. Ante tribunal chri-
 ſti ſtabimus ibi patebit qua mente quiſq; vixerit. ¶ Quarto
 Nota totus. cogita qualiter dominus ieſus chriſtus qui eſt rex regum et



dominus dominantius: et pariter regina celi purissima virgo maria: et omnis militia angelorum spirituum: atque tota curia sanctorum civium sanctorum et sanctarum dei intuentur oia vitia ac turpia que sunt in hoc mundo. Quod quoniam debent libidinosi homines erubescere. Propterea legimus de abbate effrem viro sanctis simo ex tali cogitatione quendam meretricem convertisse ad dominum. Nam fingens de industria duxit illam ad forum civitatis dicens ei ut premitteret se ibi carnaliter cognosci. At illa respondit quod nullo modo auderet pre verecundia in conspectu astantium hoc facere. Tunc ille subiunxit. Et quare soror mea non verecundaris tam grandes ac tantas miseras peccatorum carnalium coram tota celesti curia committere: ubi sunt quasi infinita milia: respectu unius que te hic intuetur: sicque fracta in lachrymis veram egit penitentiam. Et sic patet de primo remedio luxurie.

Secundum remedium contra luxuriam est corrigere linguam: ne turpia verba aut scurrilia proferat.



Secundum remedium contra carna-

les voluptates est abstinere a verbis immundis ac turpibus: quod ut inquit paulus corripunt bonos mores colloquia prava. et Iudorus ait. Vanus sermo cito polluit mentem et facile agitur quod libenter auditur. Etiam hugo in libro de anima inquit. Vanus sermo vaneificentie est index mores hominis lingua pandi: qualis sermo ostenditur talis animus approbatur: quoniam ex habundantia cordis os loquitur. Hinc hieronymus ad demetriadem in epistola que incipit. Si summo ingenio. dicit sic. Sit autem sermo virginis prudens: modestus: et rarus: nec tam eloquentia preciosus quam pudore. Audirentur omnes tuam te tacente verecundiam: loquente prudentiam. Adite ac praevidum semper eloquium tuum: ornent mixta cum gravitate suavitas: cum pudore sapientia sit certa atque librata suique oportunitate gravissimi silentii. Nec hieronymus. Iterum hieronymus ad demetriadem in alia epistola que incipit. Inter omnes materias que ab adolescentia usque ad hanc etatem. dicit sic. Nunquam verbum inhonestum audias: aut si audiveris irascaris. perdit mentes hominum vno frequenter leviter sermone tentant claustra pudicitie. Ridere et irrideri secularibus relinque. Gravitas tuam personam decet. Cathonemque illum dico censorium et vestre quodam verbis principem que extrema etate grecas litteras non erubuit censor: nec desperavit senex discere. et Marchum crassum semel in vita sua scribit risisse lucis

Exemplum notabile.



Iudorus.

Hugo.

Hieronymus.



Hieronymus.
Aurea verba



hieronimus



Sctus Tho.

Gregorius.

lus. vnde ⁊ psal. dicit. Intra cinis ⁊ nolite peccare. hec Hieronymus. Et ad mauritij filia ait hierony lapis emissus sermo platus quapropter diu antequam proferatur cogitatus est. Eius enim verbum sit nuncius cordis: sicut bonus homo de bono thesauro cordis sui profert ea que bona sunt: ita malus de malo thesauro cordis profert mala. Etiam quod ex habundantia cordis os loquitur: ut dicit matthei. xij. c. Ideo sanctus Thomas in. ij. q. clij. ar. v. in responsione ad. iij. argu. dicit quod luxuriosi quorum cor est turpibus delectationibus plenus ⁊ concupiscens: de facili ad turpia verba ⁊ scurrilia prorumpit. Luxuriosus quoque delectationem querit. ideo verba sua ad delectationem ordinat vnde prorumpit in verba ludicra. Et quod luxuria causat cecitatem mentis ex hoc luxuriosus prorumpit in stultiloquia. Vnde moralis Gregorius in. vij. li. moralium. c. xxxij. dicit sic. Nam dum otiosa casuere verba negligimus ad noxia pervenimus: ut prius loqui aliena libeat: ⁊ postmodum detractionibus eorum vitam de quibus loquitur lingua mordeat. Quandoque autem usque ad apertas contumelias erumpat. Vnde seminatur stimuli: oriuntur rite: acceduntur facies odiorum: pax tota extinguitur cordium. hec Gregorius Et sic patet de secundo remedio contra luxuriam.

Tertium remedium contra luxuriam est auertere oculos a vanitatibus.



Oculus dicitur est: quod occultus lux

men habet: id est secretum: vel intus repositum. Vnde sensus vicinior est cerebro vnde omnia manant: ut inquit Isidorus. ⁊ ideo mens et voluntas ex oculis magis dignoscitur. Sicut ergo oculus est inter omnes sensus nobilior: ita ⁊ periculosior. Propterea ad evadendum luxurie laqueos custodia oculorum summa cum diligentia a vano mulierum aspectu observanda est. Unde Augustinus in libello de honestate mulierum ita inquit. Quomodo si aliquis carbonem apprehenderit si cito eos proiecit nihil ei nocebunt. Si vero diutius eos tenere voluerit sine vulnere abire non poterit. Ita ille qui ad concupiscendum oculos desiderat intuitus: ⁊ libidinis malum in corde suscipiens moras in corde suo habere: morari in corde suo libere permiserit: excutere a se sine aie plaga non poterit. Ideo iugiter clamemus ad dominum cum propheta. Oculi mei semper ad dominum quoniam ipse euellat de laqueo pedes meos. hec Augustinus. Vnde Hieronymus ad rusticum monachum in epistola que incipit. Nihil christiano felicius cui permittuntur regna celorum. dicit sic. Materem tuam ita vide ne per illas alias videre

De sensu oculi
Isidorus
Oculus inter
omnes sensus
est periculosior:

Augustinus.



Hieronymus.
Nota verba
hieronimi.

cogaris quæ vultus cordi tuo hereant: et tacitum vivat sub peccatore vulnus. Ancillas que tibi in obsequio sunt tibi scias esse in insidijs: quia quantum vilior earum conditio est: tanto facilior ruina est. Et iohannes baptista sanctam matrem habuit: pontificisque filius erat: et tamen nec matris affectu: nec patris opibus vincebat ut in domo parentum cum periculo viveret castitatis. Vivebat in heremo: et oculis desiderantibus christum nihil aliud dignabatur aspicere. Vestis aspera: zona pellicea: cibus locuste melos silvestre: omnia virtuti et continentie preparata. hec hieronymus. Et Isidorus in. ij. lib. de summo bono. c. xxxix. sic ait. Libido tunc magis queritur dum videtur. Nam sicut quidam sapiens ait. Prima fornicationis oculorum tela sunt. scilicet verborum. Sed qui non capit oculis potest verbis resistere. Sufficit natura ubi adhuc liber affectus est. Qui delectationem refrenat libidinosæ suggestio: non transit ad consensum libidinis. Cito enim resistit operi: qui titillanti consensum non accommodat delectationi. Durius impugnat quod versus ad consensum: et si non versus ad perpetratores tentatur: quam is qui sola suggestio per conditioem carnis temptamentis sollicitatur. hec Isidorus. Iudicio si david rex sanctus aspiciens a casu mulierem se lavatæ ruit in adulterium. Quomodo credendum est ut non incidat in laqueus dyaboli qui studiose sibi laqueum parat. hinc Gregorius in. xxi. lib. moralium. c. x. sic ait. Sicut enim sepe temptatio per oculos trahitur: sic non nunquam concepta intrinsecus: compellit sibi extrinsecus oculos deseruire. Nam plerumque res quolibet innocenti mente respicitur: sed ipso conspectu animi concupiscentie gladio confodit. Non enim ut exempli causa iam diximus David vix conjugem. ideo studiose desperxit: quia concupierat: sed potius ideo concupiuit: quia incaute respexit. Fit vero retributio examine ut qui exteriori negligenter vitæ oculo: interiori non iniuste cecetur. Sepe iam intrinsecus concupiscentia dominatur: et illecebratur animi ad usus suos sensus corporeos famulari more tyrannidis exigit. suisque voluntatibus oculos servare compellit. Atque ut ita dicam fenestras luminis ad tenebras aperit cecitatur. An sancti viri cum se sinistra pulsari delectatione senserint. Ipsa per que forme spes ad mentem ingreditur. discipline magisterio lumina restringunt ne prave cogitatio visio lenocinata famulet. Que si subtiliter custodiri negligit cogitatio immundicia: primum ad operatores transit. hec Gregorius. Quia ergo vanus mulieris aspectus aut inclinatus vel saltim facit mollescere: etiam durissima ac perfecta corda. Ideo iob prudentissimus ac scriptissimus qui innumerabiles vixit tentationes: et ne a mulieribus post tot victorias vinceret pepigit fedus cum oculis suis ut ne cogitaret quidem de virgine. Iob

Isidorus.

Oculus est principium fornicationis.



Nota verba gregorii de david.

Oculi regendi sunt.

Oculi sunt fenestre per quas ingrediuntur peccata

Aspectus mulierum facit corda mollescere

Nota est Iob

Gregorius.



xxi. caplo. hinc Gregorius in xxi. lib. moral. c. xl. dicit sic. Ne quis enim culpa ad opus p̄dire permittit si intus ubi nascit̄ ekt̄m guatur. Si aut̄ tēptationi in corde nascēdi festine nō resistit. Nec eadē qua nutritur mora roborat. ⁊ existens foris in operibus vincit̄ vix p̄ualet: q̄ ipsam intus mēbroꝝ dñam mentes captivā tenet. hec Gregorius. Non dicatis ergo vos habere amicos pudicos si habeatis oculos impudicos: q̄ impudic⁹ oculus impudici cordis est nūcius: vt ait August. in regula. P̄os p̄erea Ecclesiastici. ix. caplo. Sobrie datur consiliū vbi dicitur sic. Virginem ne conspicias ne forte scādalizetis in decore illi⁹. Noli circūspicere in locis ciuitat̄: nec obseruaueris in plateis illius. Auerte faciem tuā a muliere compta: ⁊ ne circūspicias speciem alienā. Propter speciem mulieris multi perierūt ⁊ ex cōcupiscentia quasi ignis exardescit. Ois mulier que est fornicaria quasi stercus in via ab oibus p̄tereuntibus cōculcabit̄. hec ibi. Et sic p̄z de tertio remedio cōtra luxuriam.

Augustinus
Ecclesiasticus



¶ Quartum remediū contra luxuriam est abstinētia cibi ⁊ potus: q̄ sine cerere ⁊ bacho friget venus. Sed videam⁹ p̄mo q̄tum valeat parcitas cibi contra venerea.

Marcus tullius



¶ Sicut abstinentia est mater san-

tatis: ita voluptas mater est egritudinis: vt ait Hieronym⁹. ideo Marcus tullius in libro de senectute ita inquit. Diuine enī plasto escam. maloz appellat voluptatē q̄ ea hoies capiātur vt pisces. Et iterum in eodē libro ait. Impedit enī consiliū voluptas ra-

Idem

Hieronym⁹



tioni inimica ac mentis vt ita dicam perstringit oculos nec habet vllū cum virtute cōmertius. hinc Hieronym⁹ ad Nepotianum de vita clericoz ep̄la incipit. Petis a me Nepotiane: ita inquit. Pulchre dicit̄ apud grecos ⁊ nescio apud nos eque resonet: pinguis venter nō gignit sensum tenuē. Et ad Brisogonum monachā ep̄la incipit. Qui circa affectus meus sit: ita ait. Cum saturitate succedit obliuio tandiu nescitura qd̄ cuspiat q̄d̄iu memoriā reuocauerit esuries. Sed q̄ abstinētia et tēperantia ac parcitas ciboz sint optimū remediū aduersus luxuriam. Eōtia vero. Ventr̄is ingluuies ⁊ ciboz saturitas seminariū libidinis. Admultiplici testimonio p̄bari p̄t. ¶ Nota in p̄mis plura aurea dicta diui Hieronymi ad hoc p̄positū. Nam ad eustochiū virginē dicit sic. Pudicitia tuta esse nō potest nisi per abstinentiā. ¶ Et ad rusticū monachū ep̄la incipit

Hieronym⁹

Nihil xpiano felicius: ait. Modicus et temperatus abusus et carnis et anime utilis est. ¶ Et ad matrem et filiam in gallia comorantes epistola incipit. Retulit mihi quidam frater e gallia inquit. Difficile inter epulas seruetur pudicitia. Et iterum in eadem epistola dicit sic. Quid tu facies puella sani corporis: delicata: pinguis rubens: estuans. inter carnes: inter vina: et balneas iuxta maritatas: iuxta adolescēculos: que et si rogata non feceris tamen defors me putes testimonium si rogeris. Iterum hieronymus ad pamaesium in defensione librorum contra iouinianum. Non intitulatur epistola: sed liber apologeticus ad pamaesium. Et incipit liber quod ad te hucusque non scripsi causa fuit silentium tuum: dicit sic. Quid nobis ipsi illudimur et iracimur: si sudantibus nobis semper ad coitum premia pudicitie denegentur. Volumus opipare: comedere: vxorum adherere complexibus: et in numero virginum et viduarum regnare cum christo. Idem ergo habebit fames premium et ingluuies: sordes et mundicie: sacculus et sericum: Lazarus recepit malum in vita sua: et diues ille purpuratus crassus et nitidus: fruitus loca carnis bonis dum viueret. Sed diuersa post mortem tenent loca. Misere delicis et delicie miseris commutatur. In nostro arbitrio est vel lazarus sequi vel diuitem. hec Hieronymus. Et in .i. lib. contra iouinianum ait hieronymus. Esus carniū ventrisque saturitas seminariū libidinis est. Itaque hieronymus ad furiam de viduitate seruanda. Epistola incipit. Obsecras litteris et suppliciter deprecaris ut tibi scribam: dicit sic. Nihil ita scias cōdecere xpianis adolescētibus ut esum olerum. Et infra ita subiungit. Non nulli vitā pedicā appetētes in medio itinere conuēnt dum solā carniū abstinentiā ponderāt et leguminibus stomachum onerant. Et iterum in eadem epistola dicit sic. Que moderare pariter ceque sumuntur innoxia sunt. Et ut quod sentio loquar. Nihil sic inflamat corpora et titilat membra genitalia sicut indigestus cibus ructusque conuulsus. Parcus abusus et semper venter esuriens triduanis et ieiunijs pferat. Quicquid seminariū voluptatis est venenū puta. Et multo melius est quotidie parum quam raro satis sumere. Pluuia illa optima est que sensim descendit in terras. Subditus et nimis imber in preceps arua subuertit. Quā comedis cogita quod ventri obtēperandum non est: statim tibi orandum illico et legendum sit. hec Hieronymus. ¶ Etiam augustinus in sermone .iiij. de ieiunio. xl. sic dicit. Videte queso quantum sit inter ieiunium et saturitatem: inter ventrem vacuum et pulmones epulis estuētes. Moyses quod ieiunauit deum vidit: populus quod comedit et bibit idola fabricatus est. Quid de moyse loquar et israelita multitudinis: Ipse princeps generis nostri quod diu non comedit in paradiso.

Hieronymus?

Nota aurea sententiam.



Hieronymus?

Nota verba aurea hiero.



Augustinus

De moyse et populo israel. De principe hūani generis.



Ambro.

Bernardus ad
robertum.Salsamentū
bernardi q̄le
sit.Nota mode
rantiam ber
nardi.Ignis luxu
rie extinguit
sic.In oib' ē ad
hibenda di
cretio.
Ignis extin
guitur aqua
sic luxuria.

so fuit: statim vt comedit de paradiso eiectus est. Qui in pa
radiso dei virgo fuerat: eiectus de paradiso cognouit eua vro
rem sua. Semp em saturati coiuncta est lasciuia. Vicina sibi
sunt venter et genitalia: p mebroꝝ ordine ordo vitioꝝ eligif
Eiecit nos eibus de paradiso: reducat efuries. hec augustinus.
¶ Ambrosius quoq; in epistola qua scribit vercellensi ecclie
ita inquit. Quid aut pulchrius abstinentia esse potest que fa
cit etiam iuuentutis annos senescere vt fiat moruz senectus.
Nacq; vt redundatia ciboꝝ ac temulentia etia maturior etas
calescit. Ita mitigatur iuuentutis ferocitas epularu parsimo
nia. Eibo em flama alitur ac deficit. Siquidē fenū: stipula: li
gnū: oleū: alia hmoi alimenta ignis sunt quib' pascitur: ea si
detrahas: vel nō suggeras etia ignis sopitur. Similiter erga
vapor corporis instruens libidinē cito alitur aut minuitur: ci
bo excitatur: cibo soluitur. hec ambrosius. ¶ Et deuotus doctor
Bernardus in epla ad Robertū dicit sic. Vinū ⁊ cicera muls
sum ⁊ pingua corpori militant nō spiritui: frixuris nō aia sas
cinatur: sed caro. Piper: siniber: ciminū: salua: ⁊ nulle hmoi
spēs salsamentoz: palatum delectant sed libidinē accendūt.
Prudenter sobrieq; cōuersanti satis est ad omne cōdimentuz
sal cū fame: qua sola nō expectata necesse est alias atq; alias
succis extraneis confici permixtiones: que videlicet ⁊ palatū
reparent: gulam puocent: excitent appetitū. hec Bernardus.
¶ Nota quātam moderantiam tam in cibo q̄ in potu serua
uit deuotissim' doctor Bernardus vt sua pudicitia custodi
ret. Nam de se in quodā sermōe ita inquit. Abstinebo a vino
q; in vino est luxuria: aut si infirmus sum modico vtar. Absti
nebo a carnibus: ne dum nimis nutriam carnē simul ⁊ carnis
nutriam vitia. Panē ipsum cum mensura studebo sumere ne
onerato ventre stare ad orandum tedeat. Sed ne simplici q̄
dem aqua ingurgitare me assuescā ne distensio ventris vsq;
ad titillationē pertingat libidinis. hec bernardus. Pater ita
q; q̄ abstinentia est obrimū remediū cōtra venerea. ¶ Sicut
em ignis extinguitur lignoz subtractione: ⁊ aquarū infusioe
Sic pariter luxuria duobus modis extinguitur: ciboꝝ subtra
ctione: quia sicut ille qui ligna subtrahit ab igne: ignem extin
guit sic qui cibum corpori subtrahit luxuria refrenat ⁊ ipedit.
vnde Bernardus ait. Carnē oportet restringere nō extinguere
reprimere nō opprimere: seruiat nō seuiat: ancilletur nō domi
netur. Alioquin qui h̄m carnē vixerit morietur. Secūdo ignis
materialis extinguitur aquarū infusione: sic luxuria vel ignis
carnalitalis extinguitur cum oratione ⁊ lachrymarū infusioe.

ne. Idcirco non mirum si eo tpe quādo illi vetustissimi p̄ses no-
stri q̄ solūmodo comedebāt simplicia. Forabant virtutes tēpe-
rante: pudicitia: castitas: honestas: continentia: virginitas.
hinc Iuuenalis in satyra. vi. et est p̄ncipiū satyre: sic ait.

Credo pudicitiam: saturno rege moratam.

In temis: visamq; diu: cum frigida paruas.

Perberet spelunca domos: ignemq; laremq;.

Et pecus et dominos: cōmuni clauderet ymbria:

Siluestrem montata thorum: cum sterneret et vxor:

Frondebis: et culmo vicinarūq; ferarum.

Pellibus. hec iuuenalis. Ex dictis q̄ liquet ad purū q̄ satie-
tas nimia prouocat hoīem ad venerea: sed parcitas et abstinē-
tia custodes sunt honestatis atq; pudicitie.

Quicū remediū p̄tra luxuriā est fugere portū vini nā vinū
imoderate sumptū est fomētum libidinis vt dicemus.



Vnes sapientes vna voce affir-

mant q̄ vinū imoderate sumptū sit fomē-
tum luxurie: ideo vinū d̄: a vena eo q̄ ve-
nas sanguie cito repleat: ex qua repletioe
causatur abundantia caloris et alteratio
spirituū et inde incitat corpus ad venerea

Hinc salomon Prouerb. x. c. ait. Luxurio-

sa res vinū, et cōtumeliosa ebrietas: quicūq; his delectatur nō
erit sapiens. Nota q̄ signāter dicit luxuriosa res vinū: q̄ fm
Tho. in. ij. q. cxlvij. ar. viij. in responsione ad p̄mū argu. Ad
actū generationis tria p̄currūt: scz calor: spūs: et humor. Ad ca-
lorem quidē maxime cooperat vinū et alia calefacientia cor-
pus. Ad spiritū autē vident cooperari: cibaria inflatiua. Sed
ad humorē maxime cooperat vsus carniū: ex quib; multū de
alimēto generat. Alteratio autē caloris et multiplicatio spūs
cito trāsijt: s; substātia humoris diu manet. et iō mag; iterdici-
tur ieiunātibus vsus carniū q̄ vini vel leguminū q̄ sunt infla-
tiua. hec thomas. Etia paulus ad Ephe. v. ca. inquit. Nolite
inebriari vino in quo est luxuria: sed impleamini spūs sancto.
Sup quo tectru sanctus Thomas in cōmento aureo sup epla
ad Ephe. lectione septima eiusdē capituli dicit: q̄ cibus et po-
tus supflus est causa luxurie et p̄cipue vinū quod calefacit et
mouet spūs: imo inter oia q̄ multos spūs generat est vinum:
vnde generat animositatē: ideo cōuenienter docet nos ap̄tus
cōtra hos repleti spiritu sancto qui generat feruorē deuotōis.
Sed videamus qd de vino diuus hieronym; dicat. Nam ad

Iuuenalis.



Vinū est fo-
mentus luxu-
rie.

Salomon

Sanct; tho.
Ad gñatiōes
tria req̄runt



Paulus.

Quid sentit
hieronymus
de potu vini.
Hieronym;
adeustochiū

Eustochium virginē in epistola que incipit. Audi filia et vide
 et inclina aurē tuā: ita inquit. Siquid itaq; in me pot esse con
 scilij si experto creditur hoc p̄mū moneo: hoc obtestor: vt sp̄s
 sa xpi vini p veneno fugiat: hec aduersus adulescentiā p̄ma
 arma sunt demonū. Et iterū in eadem epla ait. Vinū et ado
 lescentia duplex incendium voluptatis. Iterū in eadem epla
 sic dicit. Plures quippe sunt q̄ cū vino sint sobrie ciboz largi
 tate sunt ebrie. ¶ Etiam hieronym⁹ ad furiā de viduitate ser
 uandā: epla incipit. Obsecras litteris et suppliciter deprecans:
 dicit sic. Apostolus macerat corpus suū et ale subiicit imperio
 ne qd alijs precipit ipse nō seruat. Et a doloscentula feruente:
 cibus: corpore: de castitate secunda est. Neq; vtro hec dicens cō
 dēno cibos quos deus creauit ad vtendū cū gratiarū actione:
 Sed iuuenibus et puellis incentiua assero voluptatum. Non
 ethnei ignes: nō vulcania tellus: nō veseus et olimpus tātis
 ardorib⁹ estuant vt iuueniles medulle vino plene et dapibus
 inflāmate. Et parū infra ita subiungit. Aiunt medici et q̄ hu
 manoz corporū scripsere naturas: p̄cipueq; galien⁹ p̄neroz et
 iuuenū ac p̄fecte etatis viroz mulierūq; corpora insito calore
 feruere: et noxios esse his etatibus cibos q̄ calozē augeant: sa
 nitatq; condecere frigida que in esu et in potu sumere. Sicut
 ecōtrario semib⁹ qui pituita laborant et frigore: calidos cibos
 et vetera vina p̄desse. Vñ et saluator: attendite inquit vobis
 ne forte grauentur corpora vestra in crapula et ebrietate. hec
 hieronym⁹. ¶ Propterea demosthenes q̄ fuit ingenio acutissi
 mus ac eloquerissim⁹ fugiebat vinū quasi venenū: de quo hie
 ronymus refert in. i. lib. p̄tra iustiniū scribēs ad p̄machinū
 et marcellā. Liber incipit. Et vestris et multoz litteris didici
 sic dicens. Demosthenes plus olei q̄ vini expendisse dicit: et oēs
 opifices nocturnis semp vigilis p̄uenisse. ¶ Et ad gaudētū
 de pacatula puella continentie destituta: epla incipit. Causa
 est difficilis paruule scribere ait. Vteris balneis: cute nitida:
 rubicundis genis incedis: carnibus vesceris: affluis diuitijs:
 preciosa veste circundaris et iuxta serpentē mortiferuz secure
 dormire te credis. ¶ Iterum hieronym⁹ ad cellātiā: epla
 incipit. Aetius scripture celebrata sententia est. Ante finem
 eiusdem eple: dicit sic. Caue ne si ieiunare aut abstinere ceperis
 te putes esse iam sanctā: hec em̄ virtus adiumentum est nō
 p̄fectio sanctitatis: magisq; id p̄uidendū est ne tibi hec cum
 licita contēnas: securitatē quādam illicitozū faciat. Quicqd
 p̄ iusticia offertur deo non dicit impedire iusticiam sed iuuare.
 Quid aut p̄dest attenuare corpus abstinētia si animus intus

Hieronym⁹

Vinū ē p̄mū
iuuenibus et
puellis.

Hieronym⁹.

Hieronym⁹
de demosthe
ne qd dicit.

Hieronym⁹.

Aurea v̄ba.

fielcat superbia? Quis laudē merebimur de pallore ieiunij: si
 liuidi sumus inuidia: Quid virtutis hys vinū nō bibere: et ira
 atq; odio inebriari: Tunc itaq; p̄clara est abstinētia: tūc pul-
 chra ac magnifica castigatio corporis cū anim⁹ est mundus a
 vitijs. hec hiero. ¶ Et pariter leo papa in sermone. viij. decimi
 mensis: q̄ incipit. Cū de aduentu regni dei: sic ait. Quoridia-
 no em̄ dilectissimi experimēto p̄bat: potus satietate acie mē-
 tis obtundi ciboꝝ nimietate vigorem cordis hebetari. Ita vt
 delectatio edendi etiā corpoꝝ p̄traria sit saluti nisi ratio tēpe-
 rantie obsistat illecebre. hec leo. ¶ Hinc sanctus Tho. in. ij. ij.
 q. cxliij. ar. i. vbi mouet dubiū. Utrū materia sobrietatis sit
 potus: dicit sic. Nomen sobrietatis sumit a mēsurā. Dicit em̄
 aliquis sobrius quasi buiam. i. mēsurā seruans: et ideo illam
 materiam sp̄aliter sibi sobrietas ascribit in qua maxime lau-
 dabile est mēsuram seruare. Vmōi autē est potus inebriare va-
 lens: q; eius vsus mēsuratus multū confert et modicus excel-
 sus multū ledit: q; impedit vsum rōnis magis etiam q̄ excelsus
 sibi. vñ Eccli. xxxi. ca. Sanitas est anime et corpoꝝ sobri⁹
 potus. Vinū multum potatū irrationē et iram et ruinas mul-
 tas facit: et ideo sp̄aliter sobrietas attendit circa potus. Non
 quēcumq; sed eū qui sus fumositate natus est caput cōturba-
 re, sicut vinū et omne quod inebriare pōt. hec thomas. ¶ Silr
 egidius romanus in. ij. lib. de regimine p̄ncipū: parte. ij. c. xij.
 dicit q̄ vinū immoderate sumptū tria mala facit. Primo ve-
 nereā prouocat. Euz em̄ corpore calefacto maior fiat incitatio
 ad actus venereos: vinū qd̄ maxime calore efficit immodera-
 te sumptum incitat ad incontinentiā nimia: ergo sumptio vi-
 ni inq̄tum venerea prouocat: tantomagis in etate iuuenili q̄
 senili cauenda est: quāto illa etas prouocior est ad lasciuia q̄
 alia. Secūdum malum quod inducit nimia sumptio vini est
 depressio rationis. Nam ascendētib⁹ fumositatib⁹ vini ad
 caput turbatur cerebrū quo turbato deprimitur ratio nostra
 q̄runt ad suos actus: quia nō possumus libere ratione vtī. In-
 de est q̄ aliqui plus offendūtur a iō q̄ alijs: q; habent debilius
 caput. Tertium malum quod ex vino consurgit est lis et dissen-
 sio. Turbato enim cerebro ex nimia sumptione vini et amissio
 vsu rationis de facili prorumpitur in verba inordinata et
 consurgunt dissensiones et lites. Et tandem sic concludit Egi-
 dius. In omni ergo etate cauēdum est a nimietate cibi et ab
 immoderatiōe potus. Verū tamen quia s̄facilius adheremus
 his ad que ab infantia assueti sumus. Decet omnes patres et
 maxime reges et principes sollicitari circa regimen filioꝝ vt

Leo papa

Sanct⁹ tho.
 A quo sumit
 nomē sobrie-
 tatis.
 Pot⁹ mēsurā
 tus cōfert et
 ecōtra nocet
 valde.

Sobrietas
 attendit cir-
 ca potum.
 Egidius roma-
 nus.
 Vinū prouo-
 cat venerea.

Vinū deprim-
 it rōnem.

Vinū excitat
 lites.



Nota.

Quidius qd
fentit d vino

ab ipsa infantia sic regnant q sint abstinentes & sobrii. hec egi
dius. Consequenter Quidius in. i. li. de remedio amoris: dicit sic.
Temporibus medicina valet: data tempore profunt.

Quidius.



Et data non apto tempore vina nocent.
Prerum in secundo libro de remedio amoris: ita inquit.
Vina parant animos veneri nisi plurima sumas.
Et stupeant multo: corda sepulta mero.
Nutritur vento: vento restringitur ignis.
Zeus alit flamas: grandior aura necat.

Matrone ro
manorum fu
giebat vinu.
Valerius ma
rimus.

Dec ovidius.
Quia ergo vinu ad venera puocat: ideo antiquitus nobilissis
me matrone romanorum vt Lucretia: Julia: Marcia: Cornelia
Portia: Hortensia: Antonia: & cetera non bibebant vinu: imo
illud fugiebant quasi venenu. Propterea valerius maximus in
ij. lib. c. i. sic dicit. Vini vsus olim romanis feminis ignotus
fuit ne in aliquid dedecus plaberent. Quis primus a libero
patre intemperantie gradus ad inconcessam venere esse con
suevit. Et in. vi. lib. c. ij. dicit Valerius: q metellus civis ro
manus vxore ppria eo q vinu bibisset fuste percussam intere
mit. Ratio aut quare vsus vini apud romanos: feminis phi
bebatur: assignat a sancto Thoma in. ij. q. cxlix. ar. iij. vbi
dicit. Sobrietas maxime requiritur in iuuenibus & mulieris
bus: q in iuuenibus viget concupiscentia delectabilis propter
feruorem etatis. In mulieribus aut non est sufficiens robur
mentis: ad hoc q concupiscentis resistent. Unde sicut maximu
valeriu mulieres apud romanos antiquitus non bibebat vinu
hec Thomas. Quapropter valerius vbi supra: ita subiungit.
Sane quecuq; femina vini vsu immoderate appetit et
virtutibus oibus ianuam claudit: & delictis aperit. hec vale
rius. Plinius qz in lib. xij. de naturali historia dicit sic. Andro
cides sapientia clarus ad alexandrum magnu scripsit. Intem
perantiam eius cohibens. Vinum potaturus rex memento te
bibere sanguinem terre. Sicuti venenu est homini cicuta ita
& vinu. Quibus preceptis si ille obtemperauisset profecto a
micos intemulatia non interemisse. Pro: us vt iure dici possit
Neq viribus corporis vtilius aliud. neq aliud voluptatibus
perniciosius: si modus absit. hec plinius. Et iteru idem plinius
dicit sic. Vino modico iuuantur nervi copiosiore leduntur: sic
& oculi stomachus recreantur. Appetentia ciborum inuitat tri
sticie cure ebetantur: vna expellitur: somnus conciliatur. hec
plinius. Idcirco paulus apostolus dans regulam moderam
nis tymotheo charissimo discipulo suo circa potum vini: sic
ait. Noli adhuc aquam bibere sed modico vino vttere ppter

Valerius

Sanctus tho.
Nota diligē
ter.

Valerius ma
rimus.



Plinius.



Paulus.

Stomachum tuum: et frequentes infirmitates tuas. prime ad thymo. v. c. Sup quo textu sanctus Thomas in cōmento aureo: dicit q̄ iste thymoteus erat nimie abstinentie: et ad vitā dum carnis pctā corpus macerabat: q̄ scribit Ecclesiastes. ij. ca. Cogitavi in corde meo abstrahere a vino carnes meas ut aiam meam transferam ad sapientiam: deuitareq̄ stulticiam. Et q̄ ipse thymoteus fuit infirmus totaliter. Ideo Paulus dicit ei. Noli adhuc postq̄ es infirmus aquam bibere: s; modico vino utere: quasi dicat illud ad Roma. xij. c. Rationabile sit obsequium vestrum. Propter quod dicit. Utere vino s; modico: q̄ dicitur Ecclesiastici. xxi. c. Exultatio anime et corporis: vinum moderate potatum. Et iterum ibidem. Amaris tundo anime vinum multū potatum. Ideo dicit. Modico vino utere ppter stomachum tuum et frequentes infirmitates tuas. s. que tibi ex abstinentia puenerunt. Sed dubitatio animi pullat. Cum em̄ Paulus sanaret infirmos et mortuos suscitaret. Cur nō curabat thymoteum p̄ miraculum: sed per cōsiliū medicine. Respondet sanctus Thomas in cōmento aureo sup hoc passu dicens q̄ ex hoc datur intelligi q̄ Paulus nō ad oēs utebatur miraculis: sed quando erat expediēs ppter fidem catholicam. Et sic patet que occurrerunt de hoc quinto remedio scribenda.

Sextum remedium contra luxuriā est negligere forme bonum ac despiciere vanum et superfluum ornatum vestium gemarum: atq; ceterorum iocalium.



Quia exterior superfluitas vani ornatus est interioris leuitatis inditius. Ideo mollia indumenta animi molliciem indicāt. Excitant quoq; mobiles mētes ad leuia: atq; corda hoim inclinant ad cogitandū lasciuia. Unde pater doctorum hieronymus cōtra eos q̄ in similibus ornamentis occupant vehementer irascitur: et diem talia oino esse fugienda cum sint libidinose mentis inditia. S; videmus pulchra atq; aurea dicta eius. Nam scribens ad demetriadem epla incipit. Inter omnes materias que ab adolescentia dicit sic. Fuge lasciuia puellarum que ornant capita: crines a fronte demittunt: curem polliunt: vtuntur pigmentis. astrictas habent manicas: vestimenta sine ruga: soccosq; crispantes: vt sub nomine virginali vendibilis pereant. Adiores enim et studia dñarum plerumq; ex ancillarum et comitum moribus indicantur. Illa tibi sit pulchra illa amabilis: illa

Sanctus thomas de thymo. qd dicit.



Ecclesiasticus. Idem.

Questio pulchra.

Responsio sancti thomed

Nota aures as snias hieronymi.



Hieronymus ad demetriadem



No. 3 leues feminas.



Contra lasciuientes adolecentulos.
Hieronymus?



habenda inter socias que nescit esse pulchras que negligit fore me bonum et procedens ad publicum non pectus et colla denudat: nec pallio reuelato aperit. Sed qua celat faciem et vix vno oculo qui vie necessarius est patente ingreditur. Dubito an loquar: sed velim nolim: quia crebro fit dicendum est. Non quo hec in te timere debeam: que istas forsitan nescias: nec vnicuique audieris: sed quo per occasionem tui cetera premonede sint. Lincinatulos pueros et calamistratos. et peregrini muri olentes pellicula de quibus illud arbitri est: non bene olet: quod semper bene olet. Quasi quasdam pestes et venena pudicitie virgo deuiter. Hec hieronymus. Iterum in eadem epistola sic ait. Digna res risu immo planctu. Incedentibus dominis: ancilla virgo procedit ornatio: ut pro nimis consuetudine quam in contemptam videris dominam suspiceris: hec hieronymus.

Hieronymus?



Etiam hieronymus ad gaudentiam de pachatula puella continentie destituta. Epistola incipit. Causa est difficilis paruule scribere: ita inquit. Ateris balneis: cute nitida: rubicundis gemis incedis. caribus vesceris: affluis diuitibus: preciosa veste credis. Et pariter ad suriam de viduitate seruanda in epistola que incipit. Obsecras litteris: dicit sic hieronymus. Amorem moniliolum atque gemarum sericarumque vestium transfer ad sciam scripturarum ingrediere terram repromissionis lacte et melle manentem. Comede siliam et oleum: vestire cum Ioseph variis indumentis: hec herony. Et ad eustochium virginem in epistola que incipit. Audi filia et vide: dicit sic. Vestis nec satis munda nec sordida et multa diuersitate notabilis: ne ad te obuii: preereuntium turba consistat: aut digito demonstreris: nec satis religiosa vestis videri: nec plus humilis quam necesse est: ne gloriam fugiendo queras. Plures enim paupertatis misericordie atque ieiuniarum bitros declinantes in hoc ipso cupiunt placere: quod placere contempnunt. Et mirum in modum laus dum vitatur appetitur.

Hieronymus?
Nota verba hieronymi.

Hieronymus?

Et iterum hiero. ibidem. Alie virili habitu veste mutata: erubescunt femine esse quod nate sunt. Crinem amputant et impudenter erigunt facies eumichinas. Sunt alie que ciliis vestriuntur et cucullis fabrefactis: ut ad infantiam redeant. Inmittuntur noctuas et bubones. Iterum ibidem ira subiungit. Uros quoque fuge quos videris cathenatos: quorum feminei contra apostolum crines. hyrcorum barba: nigrum pallium et nudi in patientia: frigus pedes: hec omnia argumenta sunt dyaboli. Et iterum ibidem sic dicit. Sunt alii de mei ordinis hominibus loquor. Qui ideo presbyteratum et diaconatum ambiunt ut mulieres licen-

Hieronymus?
Nota contra clericos religiosos.

tius videant. Omnis his cura est de vestibus: si bene oleant: si pes laxa pelle non folleat: vt crines calamistrati vestigio rotentur: vt digiti annulis radiat. Et ne plantas humidior via spargat: vt imprimunt summa vestigia: tales cum videris: sponso magis estimato quam clericos: hec hieronymus. ¶ Et ad matrem et filiam in gallia comorantes. Epistola incipit. Retulit mihi quidam frater e gallia sic ait. Nitens cutis sordida ostendit animam. Item in eadem epistola dicit sic. Libidinosa mens ardentius honesta persequitur. et quod non licet dulcius suspicatur. Et iterum ibidem inquit. Vestis ipsa vilis et pulla animi tacentis indicium est. Si ruga non habet: si per terram vt altior videaris trahatur. Si industria dissuta sit tunica vt aliquid intus appareat operiat quod quod secundum est et aperiat quod fornosum. Caliga quoque ambulantis nigella ac nitens: stridore ad se iuuenes vocat. Papille fasciis comprimuntur: et crispantis cingulo angustius pectus artat. Capilli vel in fronte vel in aures defluunt. Palliolum interterdum cadit: vt candidos nudet humeros: et quasi videri non luerit cellat festina quod volens detexerat. Et quando in publico quasi per uerecundia operit faciem: lupanarium arte id solum ostendit quod ostensum magis placere potest: hec hieronymus. ¶ Crisostomus quoque in descriptione psalmi quinquagesimi dicit sic. Ebi sunt qui semetipsos adornant extrinsecus et depingunt: non pulchritudine corporis: sed mentis honestatem deus requirit. Quid enim est speciosa mulier? Sepulchrum est dealbatus: nisi fuerit sobria: casta: pudica. Pulchritudo autem est his virtutibus precipitium patens insipientibus venenosa. Decus enim corporis infirmitate arcescit: et pulchritudo egritudine contabescit. Anime autem pulchritudo immortalis est et eterna. Et tunc maxime ostendit proprium decus cum subegerit passiones. Nam et arbores perire cum dense sint folijs: fructum non habent hominibus aptum: sed porcis. Vinea autem per terram repens maturum uisum fructum affert atque suauem. hec crisostomus. Et sic patet quod per sola pompa mundi atque per inanigloria vestimentum preciosius et alia ornamenta querunt: eius ratio est: quia nemo vult pretiosi vestibus indui: vbi ab alijs non possit videri: vt ait Gregorius. Si ergo ornatus subtilium preciosarumque vestium culpa non esset nequaquam sermo diuinus tam vigilanter exprimeret quod diues qui torquebatur apud inferos bysso et purpura indutus fuisset: teste Gregorio. ¶ Patet sextum remedium contra luxuriam.

¶ Septimum remedium contra luxuriam est fuga societatis. Quia luxuria est morbus contagiosus.

Hieronymus.

Nota aures
verba.Crisostomus.
Contra corporum
pulchritudinem.

Nota.

Gregorius.

Crisostomus.

Salomon.

Isidorus.
Luxuria as-
similatur le-
pre.

Juuenalis:



Quātū pos-
sit societas p-
uersa.
Hieronymus
loquitur varia
sup hōm: qz
exptus fuit.

Nota aurea
sententiam.



Erum natura sic se habet inquit

Crisostomus sup Math. vt quotiens bonus malo coniungit: nō ex bono malus melior est s; ex malo bonus cōtaminat. Vnc Salomō puerbioꝝ. xiiij. c. Qui cum sapiētibus graditur sapiens erit: amicus stultorum filius efficitur. Melius est ergo ait Isidorus habere maloz odium q̄ ipsoꝝ cōsortium. Et qz luxuria est morbus valde cōtagiosus ⁊ abhominabilis. Ideo assimilaf lepre: eo q̄ generaf ex calore corrupto ⁊ deordinato. Si igitur fugimus leprosum ne corp⁹ nostrum inficiat: q̄tomagis fugere debemus luxuriosum ne aiam interimat: qz vt dicit Juuenalis in secūda satyra. Dedit hanc contagio labem.

Et dabit in plures sicut grex totus in agris.

Vnius scabie cadit: ⁊ prurigine porci.

Unaq; conspecta liuorem ducit ab vna. Dec iuuenalis.

Sed q̄tum possit societas puerfa ostendit tali exēpio. Nā oia poma incorrupta vnū nequeūt sanare corruptū. S; multo potius vnū corruptū cetera oia inficit atq; corrupit. Propterea pater doctorū diuus hiero. quasi exptus horret valde ac detestaf societates puerfationes: familiaritates: ac cōfabulationes quorundā lasciuētū iuuenū qui varijs actib⁹ subuertere querūt simplices adolescētulas: vt p̄ in diuersis eplis suis. Et ideo p̄ recreatiōe languētis ac sitientes aie videam⁹ aureas snias eiusdē. Et p̄mo hieronymus in regula quam ad eustochiuz ⁊ ceteras virgines iam senex inscripsit: vt plogus eiusdē regule indicat: sic ait in. c. xvij. Charissime hoc hortor: hoc moneo: hoc mādō vobis vt que xpo despōsate estis cōiugio: cui oēm castitatis vestre fidē vouistis: cui nullū p̄ter ipm̄ amatoꝝ cognoscere sub iureiurādo estis pollicite. Vni cuiusq; cūq; etiā si eū sanctitas exomet: etiā si baptiste equaretur in meritis effugere faciē: nec liceat secū dilectiōe feruenti astringi p̄ diē. Credatis experto. Nihil est piculosius viro q̄ mulier ⁊ mulieri q̄ vir. Vterq; palea: yterq; ignis: dicam audacter Prochdolor dei tēplaz spū sancti vasa: tdeo dicata edificia: nisi diligenti feruent custodia prostrubula fiunt. Et auferē tam nobile depōsitū: tam p̄ciosus thesaurus irrecupabile dec⁹ castitatis: si tenui cuiusuis dilectiōis inepte rimula cōtinuus infidiatos dyabolus intuitum valeat infringere. Ideo oī custodia cor seruet. Sup muros hierl'm ponant custodes tota die ⁊ nocte nō dormiāt ne fur introeat ne spolia auferat que penitus

recupari nō possunt. hec hierony. ¶ Et ad oceanū de vita cle-
ricorū: parū post p̄ncipiū eplē que incipit. Sophroni? eusebi-
us hiero. oceano suo salutē: dixit sic. Janua dyaboli via iniq̄
tatis: scorpionis p̄cussio nociūq; gen? est femina. Cum pri-
mat stipula incēdit ignem. Flamigero igne pcutit p̄sciam fes-
mina pariter habitātis: exuritq; fundamēta montiū. Ego id
dico si cū viris femine habitēt viscariū nō deerit dyaboli. Et
eis aucupatū. est ab initio pct̄i. Ferreas mētes libido domat
Si alligauerit q̄s ignē in signū suū: nōne vestimēta eius com-
burent? Aut si quis ambulauerit sup carbones ignis nōne cō-
buret pedes suos? Mihi crede: nō p̄t toto corde cū dño habi-
tare qui feminay accessibus copulat. hec hiero. Et iterum ibi-
des. Si pudicitia queris quare habitas cū feminis? Et in ea-
dem subiūgit sic. Bermināt femine spinas cū viris habitātes
et archana mētū acuto mucrone pcutiūt p̄chdolo: nephas est
dicere: s; p̄terire nō decet. X̄po iste nubere vouerūt nō clericis
Vñ sine nuptijs genus nouū vrox. Et rursus ibidē ait hiero.
Monachū v̄ clericū solitudo facit nō publicū. Quid te virgi-
nale delectat. alloquiū. Cur sanctimonialiū s̄ fidē frequentas
in ecclā vel in ipso publico? Si eos quos diligūt videāt: ridē-
tibus oculis salutatiōis tenera verba p̄cedunt. Deinde cū sa-
lutauerint si eas dei viros p̄teriri celeri? viderint contēptores
suos iudicāt et irascunt. hec hiero. ¶ Etia in eplā ad gauden-
tium de pacatula puella p̄tinentie destituta. Epistola incipit
Causa est difficilis paruule scribere: dicit sic. Solent em̄ lasci-
ui et comatuli iuvenes: blandimētis: affabilitate: munusculis
aditū sibi p̄ nutrices aut alūnas q̄rere. Et cum clemēter intra-
uerint de sintillis incēdia concitare: paulatimq; p̄ficere ad is-
pudentiā: et nequaq; posse p̄hiberi illo in se versiculo cōproba-
to. Egre respēdas q̄s suis cōsuescere. Pudet dicere: et tū di-
cendum est. Nobiles femine q̄ nobiliores habuere neglectui
p̄cos vilissime cōditionis hoīb; et seruulis copulant: et sub
noīe religionis et vmbra p̄tinentie interdū deferūt viros bele-
ne sequunt alexāndros. nec menelaos p̄tinescunt. Vident hec
plangunt et nō vindicant: qz multitudo peccantiū pct̄i licen-
tiam subministrat. Pronephas orbis terray ruit in nobis: pec-
cata nō ruunt. Urbs inclyta et romani imperij caput vno hau-
sta est incēdio. Nulla est regio que nō exules romanos h̄eat.
In cineres v̄ fauillas sacre quondā ecclē ceciderunt: et tñ stu-
demus auaricie. Viuimus quasi altera die morituri: et edifica-
mus quasi semp in hoc seculo victuri. Auro parietes: auro las-
quearia: auro fulgent capita colūnay: et nudus atq; esuriens

Familiari-
tas piculosa
est.

Hieronym?



Hieronym?



Nititur in
ueturū semp
upimusq; ne
gata.
Nota diligē-
ter oia.

Dieronymus. ante fores nostras ips emouit. **Hec hieronymus.** **¶** Amplius hieronymus in epla ad demetriam que incipit. Inter oēs materias que ab adolescētia vsq; ad hanc etatē: ita inquit. Periculosius est lasciuus puellis ad loca religionis q̄ ad publicus pcedere. Que viuunt in monasterio: et quoz simul magnus est numerus: nunq̄ sole: nunq̄ sine matre pcedant. De agmine columbaz crebro ancipiter vnā separat quā statim inuadit et la cerat: et cuius carnib; et cruore saturet. **¶** Morbide oues suuz relinquant gregē: et lupoz faucib; deuorant. **¶** Et iterū ad rusti cum monachū in epla que incipit. Nil xpiano felicius: sic ait. Noui ego quasdā iam maioris etatis et plerasq; generis libertini adolescētib; delectari: et filios querere spūales: pudoreq; superato ficta p matrum noia erumpūt in licentiā maritales.

Arguit hieronymus miseriaz nostri tēpons.



Dieronymus.

De sanfone et salomone.

Dieronymus.



Alij sorozes uirgines deserūt: et exteri viduis copulant: sunt que oderunt suos et nō suoz palpan; affectu: quaz impatentia iudex animi nullā recipit excusationē et casta pudicitie uelamenta: quasi araneaz fila distūpunt. Videas nōnullos accinctis renib; pulla tunica: barba plixa: a mulieribus nō posse discedere: sub eodem manere tecto: simul inire cōuiuia. Ancillas iuuenes habere in ministerio: et preter uocabula nuptiarum omnia esse matrimonij. **Hec culpa est christiani nominis si simulator: religionis in uitio sit.** **Hec hieronymus.** **¶** Etiam ad nepotianū presbyterum de uita clericorum. Epistola incipit. **¶** Petis a me nepotiane charissime dicit sic. Omnes feminas et uirgines christi: aut equaliter ignora: aut equaliter dilige. **¶** Vide ne sub eodem tecto manseris: nec in preterita castitate confidas: nec Sanfone fortior: nec Salomone sapientior esse potes. **¶** Memento semper q̄ paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit. **¶** Et iterum in eadem ita inquit. **¶** Es bra munuscula et sudariola: et fasciolas: et uestes cui applicatas: et oblatos: et degustatos cibos. **¶** Blandasq; ac dulces litteras sanctus amor non habet. **Hec hieronymus.** **¶** Insuper ad furiam de uiduitate seruanda. Epistola incipit. **¶** Obsecras litteris sic ait. **¶** Iuuenum fuge consortia. **¶** Comatuluz: comptus atq; lasciuus domus tue tecta nō videant. **¶** Lantoz pellatur ut noxius. **¶** Fidicinas et psaltrias et istiusmodi choruz dyaboli: quasi mortifera syrenarum carmina deuota. **¶** Et iterum ibidem. **¶** Nec procurator calamistratus: nec formosus collactaneus: nec candidulus et rubicundus affecla adhereat lateri tuo. **¶** Interdum animus dominarum et ancillarum habitu indicatur. **¶** Sanctarum uirginum et uiduarum societatem appetet: et si sermocinandi eum uiris incubuerit necessitas arbitros nō

deuites: tantaque fabulandi fiducia sit vt intrante alio: nec pa-
 ueas nec erubescas. hec hieronymus. ¶ Iterum hieronymus
 ad eustochiū in regula. c. xx. dicit sic. Nullus venenū nocuus
 feminis que affectio erga virum quacūque de causa procedat: p-
 chodolos infelix cōditio sexus vestri. Sanctior mulier vltra que
 dici liceat si viro adhereat. Quāturque spiritaliter: instinctu
 naturali inclinatur tādem ad nephas si in viro virtus deficiat
 Piget que noui cūcta narrare. Argumēta sunt diaboli et mor-
 tis eterne indicia filiationes et maternitates quibus vocabulis
 sub velamine spiritus inter se vtuntur mares et femine. Asu-
 nuscula oīa et suspectas litterulas: hec cuncta luxurie nuncia.
 Vobis interdico sub anathemate et eterne mortis pena. Ad-
 hibeatur summa diligentia: vt extra cenobij limites litterula
 qualiscūque nō exeat: nisi abbatisse et sororū accesserint vita. Et
 si opus et grauitas ita rei exigat adsit episcopalis licentia seu
 sacerdotis consiliū. Grauiissime pene subiacet quecūque huius re-
 perta fuerit rea. hec hieronymus. ¶ Similiter Augustinus in
 libello de honestate mulierū. qui libellus incipit. Nemo dicat
 fratres: dicit dic. Sine vlla dubitatione: qui familiaritatem
 mulierū nō vult fugere cito dabitur in ruinā. Et iterū in eodē
 libello ait. Qui cū mulieribus habitantes putant se castitatem
 obtinere triūphum ignozant se apud deū dupliciter reos exis-
 stere: dum seipfos in periculum mittunt et alijs exemplis per-
 uerse familiaritatis ostendunt. Quāti enim per illarū inho-
 nestam familiaritatē castitatis decorem perdidērūt: Illorum
 anime qui pereunt ab illis in die iudicij requirende sunt qui
 illud exemplum perditionis ostendunt. Ille igitur qui casti-
 tatem veritatem et iusticiā in fratribus suis defensare in alijs
 et in seipso custodire voluerit martyr erit. hec August. Iterum
 in eodem libello sic dicit. Quanto vilior est mulierum condi-
 tio tanto ruina facilior. Sed nota quāta sit virtus castitatis
 atque pudicitie. Nam in principio eiusdem libelli videtur dice-
 re quod victor libidinis et aliarum passionum est quasi martyr.
 Verba augustini sunt hec. Nemo dicat fratres mei quod tempo-
 ribus nostris martyrum certamina esse non possunt. Dabet enim
 pax martyres suos. Nam frequēter iracundiā mitigare: libidi-
 nem fugere: iusticiam custodire: cupiditates contēnere: pars
 magna est martyrii. hec augustinus. Liqueat igitur ex dictis quod
 familiaritas mulierū ac lasciuientium fugienda est ab his qui
 caste ac pudice viuere volunt.

¶ Octauū remediū contra luxuriā est fuga: quia inter oīa
 peccata sola luxuria vincitur fugiendo.

Hieronymus.



Loquitur vt
 expertus.

Quia sūt dili-
 gent notāda



Augustinus
 Expedi ei
 vno ad pser-
 uationes cas-
 stritā fugere
 familiarita-
 tes.



Augustinus.
 Vincere libi-
 dinem pars
 magna est
 martyrii.





Quamuis omne peccatū sit fugien-
dum iuxta illud Ecclesiastici. xxi. caplo. Quasi
a facie colubri fuge peccata. Nihilomin⁹ s̄m
Thomā in. ij. q. xxv. ar. i. in respōsione ad
iij. arg. Debemus quāq; impugnatōes pecca-
ti vincere fugiendo: quāq; vero resistendo. Si

Sc̄tūs tho.

Debem⁹ vin-
cere luxurias
fugiendo.



Paulus.
Sc̄tūs tho.

Pr̄cipiū lu-
surie vicif fu-
giēdo ⁊ q̄re.

Hieronym⁹.

Nota totuz.

Hieronymus



Augustin⁹.

enim cogitatio persenerās tollit incentiuū peccati: tunc debe-
mus vincere pctm̄ resistēdo sicut accidit in oibus peccatis p̄-
pter luxuriā. Sed si cōtinua cogitatio auget incētiū peccati
tunc debemus illud vincere fugiēdo: sicut est de peccato luxu-
rie. Ideo paulus. i. ad Corinth. vi. c. signāter dicit. Fugite for-
nicationē. Super quo textu sc̄tūs Thomas in cōmento aureo
dicit sic. Notandum q̄ cetera vitia vincuntur resistendo: q̄ q̄to
magis homo particularia cōsiderat ⁊ tractat tanto minus in
eis inuenit vnde delectet: sed magis anxietur. Sed vitū for-
nicationis nō vincitur resistēdo: q̄ q̄to magis ibi homo cogi-
tat particulare magis incēditur. Ideo vincitur fugiēdo. i. to-
taliter vitando cogitationes immūdas ⁊ quaslibet occasiōes.
Unde dicit zachā. ij. caplo. Fugite de terra aq̄lonis dicit dñs
hec thomas. ¶ Propterea hierony. in eplā ad amādū ait. Ho-
luptas sola ac libido etiam in ipso tēpore penitendi p̄teritos
stimulos patit ⁊ titilationē carnis ⁊ incentiua peccati: vt per
hec que corrigi cupimus cogitātes rursus sit materia delinq̄-
uendī. Et in epistola ad furiā de viduitate seruāda dicit sic.
Oia alia peccata extrinsecus sunt: ⁊ qd̄ foris est facile adiciē.
Sola lsbido insita a deo ob liberorū p̄creationem: si fines suos
egressa fuerit redūdat in vicium: ⁊ quadā lege nature in coitū
gestit erumpere. Brandis igitur virtutis est ⁊ sollicitē diligē-
tie superare quod nata sis in carne nō carnaliter viuere: tecum
pugnare quortidie ⁊ inclusum hostē argi. vt fabule ferunt cen-
tum oculis obseruare. Hoc est qd̄ apostol⁹ verbis alijs loques-
batur. Omne pctm̄ qd̄ fecerit homo extra corpus est. Qui autē
fornicat in corpus suū peccat. hec Hierony. ¶ Iterū ad pāmas-
chium in eplā cōsolatoria de dormitione pauline vxoris. hie-
ronymus ait. Scit hostis antiqu⁹ maius p̄tinentie q̄ nūmorū
esse certamen. Facile abijcitur qd̄ heret extrinsecus: intestinū
bellum periculosius est. hec hieronym⁹. ¶ Vinc augustin⁹ in li-
bello de honestate mulierū dicit sic. q̄ autem libidinē fugien-
dam esse diximus apostolo doctore euidenter didicimus q̄ cum
oibus vitijs resistendū esse predixerat: cōtra libidinē nō dixit
resistere. Sed ait. Fugite fornicationē. Ac si diceret. Reliquis

vitijis deo adiuuante debem? in presenti resistere. Libidine vero fugiendo superare. Sic et in scripturis alibi legimus. Noli at- tendere in facie virginis ne scandalizet te vultus eius. Nam et beatus ioseph vt impudicā dñam posset euadere palliū quo apprehēsus erat reliquit et fugit. Et iterum ibidē dicit sic. Cōtra libidinis impetū apprehēde fugay: si vis obtinere victoriā Nec sit tibi verecundū fugere si castitatis palmā desideras obtinere. hec August. Fuge ergo luxuriā. i. oēs occasiōes luxurie. Nonum remediū contra luxuriā est fuga ocij.



Ocium: desidia: torpor: et quies ni-

mia: occasiones sunt malay cogitationū: tem- ptationū: ac omnium peccatorū. Unde hierony. ad eustochiū ait. Omnium vitiorum mater est ociositas. Et s̄m Bernardū. Ociositas dicitur sentina omnium vitiorum. Et iterū deuotus Bernardus parus ante finem sc̄di libri de cōsideratione ad eugeniū papā dicit sic. Fugienda p̄inde est ociositas: mater nugay: nouerca vir- tutum. Nota ergo q̄ dyabolus facilliter aiām ociosay inclināt ad immūdas cogitatiōes. Deinde ab immūdis cogitatōibus labitur aīa ad delectationē: et a delectatione cadit in cōsensu et a cōsensu precipitat in operationē: et ab operatione in cōsue- tudinem: ex cōsuetudine vero generat̄ habitus qui est de dif- ficili: mobilis. Ex habitu autē generat̄ in anima q̄dam dyabo- lica presumptio contra diuinā misericordiā. Et tandē presump- tio inducit desperatōes: que sola caret venia vt inquit Hieronymus. Quāuis igitur ociositas sit q̄dam dispositio ad oīa peccata: citius t̄m inducit hōiem ad libidinosas cogitatōes et ad alias turpitudines luxurie p̄pter inclinatōem nature cor- rupte. hinc Quidius in. primo lib. de Remedio amoris sic ait. Ocīa si tollas perire cupidinis arcus.

Contempteq; iacent sine luce faces.

Hec ille.

Propterea Ezechielis. xvi. c. dicit. Hec fuit iniquitas sodomie su- perbia: saturitas panis: et abundantia: et ocium ipsius. Super quo textu diuus Hieronymus in. v. lib. explanationū sup Eze- chielem p̄phetā dicit sic. Superbia saturitas rerum omnium abundantia: ocium et delicia peccatū sodomiticū est. Et p̄pter hoc sequitur dei obliuio: que p̄sentia bona putat esse perpetua et nunq̄ sibi necessarijs indigendū. Quapropter et lege p̄cipitur Attende ne comedēs et bibens et saturatus: edificatis domi- bus optimis: habēsq; oves et boues argentū et aurum obliui- scaris dñi dei tui. Et in alio loco de israel scriptū est. Au- dū

Sola libido
viciū fugiēdo
Nota verba
augustini.

Augustinus



Hieronymus.
Bernardus.

Dyabolus gra-
datis p̄cedit
a minimis
ad maxima.



Ocium facile
inducit imū-
das cogita-
tiones.
Quidius.

Ezechiel.

Hieronymus

Nota q̄ta
mala facit
ociū et satura-
tas.

salomō petit
tū necessaria

Crifostomus
Nota plchz
vba Crifost.



Nota oia q̄
sequuntur.

De alexādro
qd ait curti⁹

Ad q̄ta sce-
lera deuenit
alexāder pro-
pter ocium.



Paulus oroz-
sius de alexā-
dro qd dicit.

Quattuor oc-
cidit alexādr

cavit ⁊ bibit ⁊ saturatus est; ⁊ impinguat⁹ ⁊ calcitrauit dile-
ctus. Quod sciens ⁊ sapiētissim⁹ Salomon in puerbijs depre-
catur. Tribue mihi necessaria ⁊ q̄ sufficiāt: ne saturatus men-
dat fiam ⁊ dicā. Quis me videbit? Aut pauper ⁊ peierem nos-
men dei. Et parū infra subiūgit hieronym⁹ sic dicēs. In desis-
derijs est ois anima ociosi: quod videlz semp aliquid agendū
sit: ne ager pectoris nostri cessante manu: malay cogitationū
sentibus occupez. hec hieronym⁹. ¶ Etiam crisostom⁹ ad stas-
giriū monachū arepticiū parum post principiū primi libri
dicit sic. Sudores hoi adiecit deus ⁊ labores. Nihil em̄ min⁹
ocio ⁊ quieti natū est q̄ natura hois. Si em̄ his adiecti nec si-
q̄des peccare desistim⁹. Quo scelex progressa nō esset audacia
nostra: si nos affluere delitijs ⁊ ocio cōstituisset deus? Oia em̄
inquit mala ociositas docuit. Attestātur aut̄ nostre huic rōni
⁊ que quotidie fiunt ⁊ que maiorib⁹ nostris cōtigerūt. Sed it̄
inquit ppl̄s māducare ⁊ bibere ⁊ surrexerūt ludere. hec Crifos-
tomus. O quot ⁊ q̄tos clarissimos principes legim⁹ qui dñ
essent in laborib⁹ atq; exercitijs cōstituti fuerunt mougerati
patientes: iusti: benigni: hūiles mansueti: casti ac pudici. Qui
postmodū torpentes ocio ac quiete nimia versi sunt quasi im-
munde sues ad feces luxurie ⁊ ad vicia plurimas. Nam refert
quintus curti⁹ de magno Alexādro qd dum in exercitio bel-
lādi fuit: nemo illo modestior. nemo paciētior. nemo in oibus
abstinentijs prior. sed in ocio cōstitutus: cōuersa est vita eius
ad oia mala. Unde crudelis effect⁹ est adeo qd fere oēs caros
amicos ⁊ qui vitay sepius p ipso exposuerāt pprijs manibus
interemit. Propterea curti⁹ ait. Et em̄ alexādrī laxatus est
anim⁹ negocialiū rerum ⁊ quietis ⁊ ocij: impaciētior effectus
est. Adox excerpere eum voluptates peruigilādi: peroprādiq;
insana dulcedo. Ludiq; ⁊ greges pelicū: oia in exterum lapsa
sunt morē. Et quē persica arma nō frugerāt vicerūt. hec
curti⁹. Sed ad q̄tum feritatē ac crudelitātē cōuersus fuerit
Alexāder post tam mirabiles ac ingentes victorias suas pul-
chre ostēdit Paulus orozsius in. iij. lib. cronice sue vbi inter ce-
tera dicit sic. Sed nec minor eius in suos crudelitas q̄ in hos-
nestem rabies fuit. Docēt hoc amyntas cōsobrinus occisus: no-
uerca fratresq; ei⁹ necati: parmēnio ⁊ philioras trucidari. Ar-
talus eurylochus: pausanias multiq; macedonie p̄cipes ex-
tincti. Elirus quoq; annis grauis amicitia verus nepharie in-
terfectus. Qui cum in diuino fiducia regie amicitie aduersus
regem opera sua philippo preponentē memoriā patris tuerec-

ab offenso frustra rege venabulo transfossus cōe cōiuiū mo-
riens cruentavit. Sed alexāder humani sanguinis insatura-
bilis sue hostiū siue etiā socioꝝ recēre: tñ semp sitiebat cruore
Itaq; pertinaci impetu in bella percurrēs choasmos ⁊ dacos
indomitā gentē in deditiōē accepit. Callisthenē philosophū
sibiq; apud aristotelē cōdiscipulū cum pluribus alijs principi-
bus q̄ euz deposito salutādi more vt deū nō adoraret occidit
hec Orosius. ¶ Etiaz gaius galigula imperator: q̄ post tiberiū
annis non plene quattuor regnauit. Hic quiete nimia ac ocio
torpens ruit ad oia scelera ⁊ flagitia. Nam paulus orosius in
vij. lib. cronice sue dicit de eo q̄ fuit homo ante se oim flagi-
tiosissimus. Hic vt breuiter magnitudinem crudelitatis eius
exprimā exclamasse fertur. Utinam ppl's roman' vnā cervicē
haberet. Sepe etiam de cōditione tempoz suozum cōquestus
est: q̄ nullis calamitatib' publicis insignirētur. Quante vero
turpitudinis ac libidinis fuerit gaius: ostēdit ibidē Paulus
orosius ita subiūgēs. Gaius vero caligula libidinib' suis etiā
illud sceleris adiecit vt sorozes suas primum stupro pollueret
deinde exilio dammaret. Qui post oēs simul ekules iussit occi-
di. hec Orosius. ¶ De nerone quoq; cesare scribit Seneca q̄ na-
turaliter ab infantia erat clemētissim': ⁊ ita graciosus q̄ ne-
mo vnq̄ populo romano gratior fuerit. Adeo q̄ in obliuionē
venerunt ceteri principes ppter fauoris magnitudinē. hic ab
Augustino q̄nto: principatū adeptus est: mansiq; in eo annis
nō plenis quattuordecim. Dum igit fuit ad imperiū sublima-
tus. Ocio: desidia: ac perniciofa securitate torpens vtpote qui
habebat facultatē perpetrādi oia peccata ⁊ scelera: tum rōne
principat': rus ppter abūdantiā diuitiaz ac rez p'speraz. ideo
pessimus ac sceleratissim' factus est. Nam de eo scribit Pau-
lus orosius in. vij. lib. cronice sue: q̄ Baij caligule auūculi sui
ergo oia vitia ac scelera sectator fuerit: immo trāsgressor: petu-
lantiam: libidinē: luxuriā: auariciam: crudelitātē: nullo nō sce-
lere exerceuit. Et subiūgit Paulus orosius sic dicēs. Libidinib'
porro tantis exagitatus est vt ne a matre q̄dem vel sorore vel
vlla cōsanguinitatis reuerētia abstinuisse referat. Vtrum in
vrozem duxerit ipse a viro vt vroz acceptus sit. Et parū infra
ita adiungit. Crudelitatis autem rabie ita effrenatus est vt
plurinā senatus partem interfecerit: equestrez ordinem pene
destruxerit. Sed nec a parricidijs q̄dem abstinuit matrem: fra-
trem: sorozem: vrozem: ceterosq; cognatos et propinquos sine
hesitatione prostrauit. Auxit hanc molem facinozum eius: re-
meritas impietatis in deum. Nam primus rome ch'istianos

Alexander
erat crudelissim' ⁊ hu-
mani san-
guinis insa-
ciabilis.
De gajo cali-
gula pessimo
Paulus oro-
sius.



Et ocio lapsus est ad oē nephat.

Seneca d̄ ne-
rone qd̄ sc̄it



Nero ex ocio
labi' ad oia
scelera.
Paul' orosius
de nerone.

Idem

Quante crui-
delitat' fue-
rit neros



supplicijs ⁊ mortibus affectis ac per omnes puincias pari persecutione excruciarī imperauit: ipsumq; nomen extirpare conatus: beatissimos christi apostolos petrū cruce. Paulum gladio occidit. hec Orosius. ¶ Hic quoq; nero. occidit senecam condubensem. vnde Boetius in. iij. lib. de consolatione: profa qnta: dicit sic. Nero senecā familiarē precepto: eq; suū ad eligendē mortis coegit arbitrium. Iterum boetius in. ij. lib. de consolatione: metro. vi. describit quattuor crudelitates eiusdē neronis. prima crudelitas fuit: quia urbem romanā incendit p̄ sex dies ⁊ septē noctes vt inquit Paulus orosius vbi supra. Hoc autē egit vt exemplo tante combustionis imaginari posset q̄le erat illud spectaculum: quando olim Troia capta combusta fuit. Secunda crudelitas fuit q̄ magnam partem senatū sine vlla causa interfecit. Tertia q̄ fratrem suū caligulam dictum occidit vt solus tutius regnaret. Quarta q̄ matrē suā occidit iussit vt videret in quo loco ventre eius iacuit. Verba boetij sunt hec.

¶ Nouimus q̄tas: dederit ruinas.
 Urbe flāmata: patribusq; cessis.
 Fratre qui quōdam: ferus interempto.
 Matrīs effuso: maduit cruore:
 Corpus ⁊ visu: gelidum pererrans.
 Ora non tinxit lachrymis: sed esse.

Lensoꝝ extincti: potuit decois. ¶ Hec boetius.

¶ Ceterum vt diuinarum scripturarū exempla reuoluam⁹. Sanson fortissimus qui a tot hostibus ⁊ periculis vigilans euasit ocio dormitionis abraſo capite omnem fortitudinem pdidit vt patet Iudicā. xvi. ca. ¶ David pariter qui gigantes debellauit: viſos ⁊ leones occidit ⁊ qui tam ingentes obtinuit victorias: dum ab exercitio bellandi yacat adulterium cōmisit deinde ruit in homicidium ⁊ alia grauissima perpetravit crimina: vt habetur. ij. Reg. xi. c. ¶ Similiter gedeon: saul: salomon: ezechias: iosaphat ⁊ reges ac p̄ncipes multi in ocio prosperitatis corruerunt. Et breuiter filij israel qui toto tempore p̄ncipatus iosue: quando habuerunt prelia grauissima non leguntur a domino recessisse: sed post mortem iosue abundantiam ⁊ quietem habentes multipliciter errauerunt a disciplina legis vinculaq; ruperunt vt patet in lib. Iudicā. i. ij. ⁊. iij. ca. ¶ Idem patet de romanis qui continue dum essent in exercitio bellandi creuerunt: sed postq̄ Cartaginē emulā suā diruerunt: iurgia ac bella plurima inter eos orta sunt. Nota ergo s̄m Paulum orosium in fine. iij. lib. cronice sue. ⁊ Augusti-

Boetius.

Boeti⁹ de nrone q̄ta dicit.



verba boetij.

Sanson ocio dormitōis pdidit gloriā suā.
 David pariter ocio ruit.

Sedeon saul Salomon et alij.

Filij israel ex ocio labūtur ad mala plurima.

Nota de romanis pulchra.

Paul⁹ orosij ⁊ augustin⁹.

stinū in .i. lib. de ciuitate dei. c. xxx. q̄ postq̄ romani de carthā
 ginenſibus obtinuerunt victoriam: facta fuit queſtio iter eos
 An carthago emula a fundamētis eſſet diruenda. Et ſicut di
 cit Paulus oroſius quidam romanorum propter perpetuam
 rome ſecuritatem delendam eſſe decreuerunt. Videtur autē
 principalis huius opinionis deſtruende cartaginis: fuiſſe Ea
 tho cenſorinus: qui et cartho ſuperior nominatur. At Scipio
 naſcica vt inquit Auguſtinus ſurrexit ⁊ ſubtilius conſiderās
 reſiſtebat cathoni vt non deſtrueretur dicens: q̄ ciuitas roma
 na ab initio armis vacuit ⁊ hucusq̄ romani bella gesserunt.
 In quibus quidem romana dominatio creuit. Si vero cartha
 go proſternenda putatur pro pace ſequēda video ciues ad ar
 ma creatos ocio vacaturos. Tunc luxuria. hinc auaricie. hinc
 ſeditiones ciuium ⁊ varia bella ventura cognoſco. Non enim
 poterunt romana arma in alios ſuum exercere furorē: ergo
 in leiſa impetum ſunt factura. Talia ſuadebat ſcipio in ſe
 natu romano. Sed quicquid de iſta contrarietate ſecutus fue
 rit. Clare conſtat q̄ conſilium ſcipionis de carthagine ſubuer
 tenda non habuit effectum: ſed preualuit conſilium cathonis
 ⁊ ideo ſecuta ſunt omnia mala in vrbe que ſcipio metuebat fu
 tura. Propterea auguſtinus in. iij. lib. de ciuitate dei. c. xliij.
 dicit q̄ deſtructa carthagine graccorum tumultus ⁊ ſeditio
 nes agitantur apud romanos: ⁊ hec quidem iurgia graccorum
 fuerunt initium ciuiliū malorum. Uolebat em̄ graccus agros
 populo diuidere quos nobiles peruerſe poſſidebant. Sed vt
 inquit Auguſtinus ibidem euellere tam vetuſtam iniquitatē
 non ſolum periculoſiſſimū: ſed vt ipſa res docuit pernicioſiſſi
 mū fuit. In hac ſeditione plures graccorum ⁊ aliorum nobi
 lium occiſi ſunt. ¶ Poſt hec peſtifera bella ciuilia orta ſunt in
 ter marium ⁊ lucium ſyllam. Marius plebem: ſylla ſenatum
 ⁊ nobilitatem defendebat. Deinde poſt dominationem lucij
 ſylle inſurrexit Catilina qui quātorum malorum cauſa fuerit
 in romana republica vide Saluſtinum in rhelinario. Sic ca
 tilina ſubdolus ⁊ cuiuſlibet rei diſſimulatoꝝ fuit. Conſequen
 ter orta ſunt bella grauiſſima inter Iulium ceſarem ⁊ Pom
 peum quorum Iulius ceſar fuit ſocer. Pompeus vero gener.
 De hoc bello ſcribit paulus oroſius in. vi. lib. ⁊ Auguſtinus in
 iij. lib. de ciuitate dei. c. xliij. ⁊ c. xxx. Et ſic clare conſtat per oēs
 hſtoricos. Poſtq̄ dirupta fuit carthago fere vſq̄ ad natiui
 tatem xpi nunq̄ ceſſarunt in teſtina bella quibus romanū im
 perium vſq̄ ad conſumptionem deductum eſt. Liqueꝝ igitur
 ex dictis qualiter ocioſitas eſt omniū peccatoꝝ cauſa. ¶ Tunc

Queſtio an
 carthago ſit
 deſtruenda.



Scipio naſ
 ſcica.
 Nota oia q̄
 ſequūtur.

Auguſtinus
 Graccoꝝ tu
 multus inci
 piunt.



Bellū outur
 inter marius
 ⁊ lucij ſyllā.
 De catilina

In iulliū et
 pōpeū outur
 bellum.
 Auguſtinus
 Paul' oroſi'.

Valen' ma
 ximus.



valerius maximus in. vii. lib. c. ij. dicit sic. Appium claudium
crebro solitum dicere accepimus. Negocium populo romano
melius q̄ ocium committi. Non q̄ ignoraret q̄ iocundus trā
quillitatis status esset: sed q̄ animaduerneret prepotētia im
peria agitatione rerum ad virtutem capescendam excitari: ni
mia quiete in desidiā resolu. Et sane negocium nomine hoc
ridum ciuitatis nostre mores in suo statu cōtinuit blande ap
pellationis quies plurimis virtijs resperfit. hec Valerius. Et
diuus hieronymus ad rusticum monachum de vita monasti
ca epistola incipit. Nihil xp̄iano felicius cui promittuntur re
gna celorum dicit sic. Si negotiatores seculi tanta sustinēt
ad incertas periturasq̄ diuitias perueniant: et seruent cū ani
me discrimine que multis periculis quiescēt: quid ch̄usti ne
gociatorū faciendum est. Et iterum in eadem ait hieronymus
fac aliquid operis vt te semper diabolus inueniat occupatū.

Dieronym⁹.



Dieronym⁹.



Dieronym⁹.

Sunt alie oc
casiões luru
rie fugiende

Etiam hieronymus ad amicū egrotū in epistola consolā
toria que incipit. Quāq̄ certissime nouerim ita inquit. Im
perfectum ac languidum bonum est. In ocium sine certamine
proiecta virtus. Hec de ocio quod est fomentum omnium scē
lerum dicta sufficiant. ¶ Sunt alia remedia contra luxuriam
que causa breuitatis relinquo. Quicūq̄ ergo optat caste ac
pudice viuere expedit vt omnem occasionem fugiat. iuxta ill
lud. Principijs obsta. Sunt enim principia minima quantis
tate et maxima virtute: ideo fuge solatia secularia in quibus
fiunt plurime leuitates que prouocant ad libidinem. Inter
cerera fuge choreas. Nam vbi fiunt saltus: turpes actus: et la
sciui risus: cachinni: ioci: cantus: irrisiones: praua colloquia:
vana plurima. Vbi quoq̄ sunt musicalia instrumenta que fa
ciunt sonū leuem: hec omnia s̄m hieronymū prouocant leues
animas ad turpia et ad lasciuia. iuxta illud Quidij in. i. lib.
de arte amandi vbi dicit sic.

Quidius:



Musicalia
excitat ad le
uia.
Appetit⁹ de
lectabilibus ē
insatiabilis.

¶ Si vox est cauta: si mollia brachia salta.

Et quacūq̄ potes dote place: e place.

Et in. ij. lib. de remedio amoris sic ait.

¶ Eneruant animos cithare cantusq̄ lireq̄.

Et vox et numeris brachia mora suis.

Hec ouidius.

Et quia appetitus delectabilium est insatiabilis: ideo q̄sto
magis quis vititur coitu tanto ad illud opus magis inflam
matur. Et per oppositum quanto quis magis abstinet tanto
ad continentiam et castitatem melius disponitur. hinc Hiero
nymus ait. Luxuria vsu crescit et deficit nec rationi pareat que

impetu ducitur. Quidius pariter in secundo libro de remedio amoris inquit. Intra amor mentes usu dediscitur usu. Surge ergo velociter et tolle moras quia pernicioſa res est in fecibus iacere luxurie. Audi precor quid Quidius dicat in primo libro de remedio amoris.

Quidius.



Opprime dum noua sunt: subiti mala femina morbi.

Et tuus incipiens ire resistat equus.

Nam mora dat vires: teneras mora percoquit vias.

Et validas segetes: quos fuit herba facit.

Que prebet laras arbor: spaciantibus ymbrias.

Quo posita est primum tempore virga fuit.

Tunc poterat manibus summa tellure reuelli.

Nunc in immensum viribus aucta suis.

¶ Et parum infra. Quidius ita subiungit.

Principijs obsta: sero medicina paratur.

Lum mala per longas: conualuere moras.

Sed prospera nec te venturas differ in horas.

Qui non est hodie: cras minus aptus erit.

Verba dat omnis amans: reperitque alimenta moranda.

¶ Iterum in primo libro de remedio amoris pulchre hortatur amantes ad relinquendum cenosas voluptates sic dicens.

Quidius.

Quidius.



Sepe bibi succos quibus inuitus amarus.

Eger: et oranti mensa negata mihi est.

Ut corpus redimas: ferrumque patieris et ignes.

Brida nec sitiens ora lauabis aqua.

Et valeas animo quicquam tollerare negabis.

Et precium pars hec: corpore maius habet.

Quidius.

¶ Et iterum ibidem.

Sepe refer tecum scelerate facta puelle.

Et pone ante oculos omnia damna tuos. Nec quidius.

Et autem fortius libidinos eterne mortis laqueos dirum

pere valeas humilia te ipsum coram purissima virgine: quia

ipsa est fons limpidissimus totius puritatis atque mundicie.

Clama ergo totis reassumptis viribus et dic cum David. Di

rupisti domine vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis

et nomen domini inuocabo. Et iterum. Laqueus contritus est

et nos liberati sumus. Et dictis liquet ad purum quod plura sunt

remedia contra luxuriam. Si autem scire cupis quot sunt fi

lie aut quot modis potest quis offendere in peccato luxurie

lege versus sequentes.

Luxuriam sequitur for: stuprum: raptor: adulter.

Oso ad dñm
iesum xp̄m et
purissimā vir
ginē est opti
mū remediū

Nota hos
versus.



Incestus: sacrum: mollit: sodo: contra iumenta.
 Est cecus: est audax: nimium: inconstans ⁊ amor.
 Incautus: preces: contēpnit iussa diuina.
 Atq; simul ventura bona: presentia p̄fert:
 His qui seruiert perpetua damna subibunt.
 Et qui suppeditant celestia regna triumphant.
 ¶ De peccato inuidie.

Supbia aua
 ricia et luxu
 ria sunt tres
 radices oim
 peccatoꝝ.



Zura explicauimus de tribus

peccatis. Superbia. Anaricia. et Zuxu
 ria: qui sunt tres virulente radices oim
 peccatoꝝ. iuxta illud. i. Johan. ij. ca.
 Omne quod est in mundo: concupiscen
 tia carnis est: ⁊ concupiscentia oculorū
 ⁊ superbia vite. Nunc igitur superest
 breuissime de quatuor alijs mortalib⁹

Johā. dama
 scenus.
 Sanct⁹ tho.
 Quid est in
 uidia.
 Augustinus
 Seneca.
 Isidorus
 Inuidi sem
 p̄ sūt tristes.
 Hieronym⁹.

pertractem⁹. Et p̄mo de inuidia. que fm iohānem damascenū
 ⁊ sanctus thomā in. ij. q. xxvi. ar. i. est tristitia de alienis bo
 nis. vel fm Augu. Inuidia est odium felicitatis aliene. vel vt
 ait Seneca ad lucillum. Inuidia dolor est animi ex alienis cō
 modis. Ideo scito q; nulli inuidet vir bonitate p̄ditus vt
 idem ait. Vel inuidus ē: quasi nō videns libenter bonū alte
 rius. vel fm Isidorum in. x. lib. ethimo. Inuidus dicitur est ab
 inuidendo felicitati alterius. Sunt em̄ inuidi semper tristes
 ac merore confecti. Hinc hieronymus scribens ad demetrian
 virginē. eplā incipit. Si summo ingenio pariq; fretus sciētia
 dicit sic. Quid inuido oro te delectationis p̄stat inuidia: quē
 secretis quibusdā p̄sentie vngulis liuor ipse decerpit ⁊ alie
 nam felicitatem tormentū eius facit. Et ad ascellā virginem
 eplā incipit. Si tibi putes gr̄as a me referri posse: ita inquit.
 O inuidia primū mordax tui. O sathane caliditas semp san
 cta p̄sequeris. hec hiero. Etiam magister Alanus in lib. de cō
 planctu nature dicit sic. Inuidia qd monstruosius monstru
 s: Aut quid dānosius damnū: Que culpabilior: culpa: Que pe
 nalior: pena: hec est erronee cecitas abissus. humane mētis in
 fernus contentionis stimulus: corruptioris aculeus. Qui sunt
 inuidie motus nisi humane trāquillitatis hostes: mundane
 tentationis satellites: animi laborantis vigiles hostes. Alie
 ne felicitatis excubie: hec alan⁹ Erisostom⁹ q; sup matheus:
 fit ait. O inuidia q; semp sibi inimica est. Nam q; inuidet: sibi
 qdam ignominia facit. Illi autē cui inuidet gl̄iam parit. Et id
 circo inuidia vt ait prosper in suū auctore reciproca est: de bo
 no alterius tabescētis animi cruciatus. Propterea Gregori⁹

Alanus.

Erisostom⁹:



Prosper.
 Gregorius.

in. v. li. moza. ca. xxxiij. dicit sic. Nam cū deuictū cor liuoris
putredo corūperit ipsa quoq; exteriora indicant q̄ grauis
ter animū uesania instigat. Color quippe palloze afficitur:
oculi deprimūtur: mens accenditur: z mēbra fugescūt: fit in
cogitatione rabies: in dentibus studoz. Lumq; in latebris
cordis crescens absconditur odium: dolore ceco tenebrat cons
scientiā uulnus inclusum. Nil letum de pprijs libet: quia ta
bescentem mentē sua pena sauciat: quam felicitas torquet
aliena. hec Gregorius. Et dictis ptz q̄ inuidia est quedā tris
ficia mordax sui.

Inuidia agitāt oēs status ecclesie dei sed
magis ac magis sapientes z litteratos.



Inuidia est quedā putrida rabes

que oēs status ac cōditōes hoim agitāt ac
perturbat. Semper em̄ inter pares floruit
inuidia. Et sicut ualerius maxim⁹ ait. Nul
la tam modesta felicitas que malignitatis
dentes vitare possit. Sola quippe miseria

caret inuidia vt idem subiūgit. Nihilominus. Viri religiosi
z qui sunt litteris eruditi ac scientia ornati: grāmatici: logi
ci: poete: hystorici: oratores: iuriste: medici: philosophi: astro
logi: z doctozes catholici magis ac magis isto uicio infecti
ac maculati vidētur. Nam vnus ex inuidia nomen alterius
extinguere conatur aut rationib⁹ aut uerborum statibus siue ar
gutijs: siue opinionib⁹ vel suasionib⁹. Lum em̄ oēs accendā
tur ad studia: gloria: vt ait tullius. Ideo liuore inardescunt
atq; alter alterū superare nititur. Vere clarissima lumina
sunt Terentius Virgilius ac Marcus tullius qui a cunctis
tanq̄ veri illustratores latine lingue laudibus extollūtur.
Verū tamen: nec stimulos inuidie: nec caninos dētes potue
runt euadere: quinymo ipsoz ac cōiucia plurima ab emu
lis z maliuolis passi sunt. Vñ diuus hieronym⁹ de locis et
noibus hebraicaz q̄stionū. Et est p̄cipiū epistole. Ita inq̄t
Lum in p̄ncipijs libroz debeam secururi operis argumēta
pponere cogoz prius rīdere maledictis Terentij quippiam
sustinēs: q̄ comediaz plogos in defensione sui scenis dabat.
Urgebat eum. L. lauinus nostro lucia similis z quasi publi
ci errarij poetam furem criminabat. Hoc idem passus est ab
emulis suis z Adātuanus uates. vt cum quosdā uersus ho
meri trāstulisset ad uerbū cōpilatoz ueterū diceret. Quibus

Inuidia agi
tat oēs stat⁹
hoim.

Valeri⁹ ma
rimus.

Viri l̄rati
sunt maxie
inuidi vt plu
rimum.

Nota q̄ te
rēti⁹ uirgī
lius et mar
chus tullius
fuerūt inui
dia stimlati
Hieronym⁹.
De terentio.



De uirgilio.

De marco
tullio.

Contra laurē
tium vallas.

Laurēti⁹ val
la fuit valde
inuidus.

Nota.



A rōe deuol
uit laurenti⁹
Nota oīa q̄
sequuntur.

Hieronym⁹.

Nota de me
ritis sancti
fimi Iſidori.

Ille respondit magnarū esse virium clauā herculis extorque
re de manu. S; 7 tullius qui in arte eloquētie stetit rex ora
torum 7 latine lingue illustrator: repetundarū accusat a gre
cis. Non mirū ergo si cōtra me parū homūculuz immunde
sues gruniant 7 pedibus margaritā conculcēt: cū aduersus
viros doctissimos: 7 qui glia inuidiā supare debuerāt liuor
exarferit. hec Hieronym⁹. ¶ Sunt alij qui dum in eloquen
tia volitāt inemores sui fiunt 7 a rōne deuoluunt. Iſti mul
tomagis fumos ac nebulas lectoribus spargunt q̄ aut pre
cepta salutē dare aut scolas spūſſancti ingredi valeāt. Quo
rum laurētius valla vnus est: totus vallatus vento 7 aura
humani fauoris. hic totus inuidia liuidus aduersus q̄ plu
rimos illustres viros in cōtumeliam prumpit. Nec erubuit
p̄ eruditissimū ac scitissimū Iſidorū ep̄m yspolēsez cur⁹ laus
7 gloria p̄ oē corpus ecclie resonat aulu temerario conuicia
multa euomere. Unde in elegantijs suis vbi tractat de p̄ti
bus orationis: dicit sic. Aut tres illi tanq̄ trium viri: de quo
rum p̄ncipatu mater eruditos querit. Donatus. Seruius.
Pascianus. quibus ego tm̄ tribuo: vt post eos quicunq; alijs
quid de latinitate scripserūt balbutire videant. Quorum p̄
mus est Iſidorus indoctorū arrogatissimus qui cū nihil sciz
at oīa precipit: post hunc papias. Alijs indoctiores hebrar
dus: hugutio: catholicon: hec ibi. Sed q̄tum rhetor noster
qui sibi videretur sniarum linum errauerit: satis liquet his q̄
aurea scripta illorum quibus detrahit diligentius inspece
rint. Aliter em̄ audita aliter visa narrantur. Quod em̄ dili
gentius ac melius intelligimus melius proferimus. Sunt
qui volunt magis ledere q̄ intelligere. Et sunt nōnulli: vt
ait hieronymus: qui in eo se doctos ostentare volunt si om̄
nium dicta lacerent. Idcirco admirari non desino quomodo
hic orator: totus in vituperationibus 7 eloquentia occupa
tus: 7 qui magis ornatum verborum q̄ profectum animarū
querit: sanctum Iſidorū mordere presumpserit. S; recordas
tus fui illius verbi esopi. Equari vult rana boui. Et iterum
animalia imperfecta mulce: aranee: vermes: pulices: ac cimi
ces: homini atq; ceteris animalibus perfectis infesta sunt.
Falsitas quoq; verborū eius facile agnoscitur: si quis recogi
tet sublimitatem doctrine atq; eminentiā scripturarū Iſi
dori. Fuit em̄ vir in diuinis scripturis eruditissimus: atq; in
secularibus litteris disertissimus: ingenio acutissim⁹ sensu
clarissimus: eloquio suauissimus: tam carmine q̄ prosa di

gnissimus ac copiosissimus: nō minus sanctitate q̄ doctrina insignis. Sic multa p̄clarissima volumina edidit. Nam scripsit aurea cōmentaria sup̄ totū testm̄ vetus ⁊ nouus. Et iterū de ortu ⁊ obitu sc̄d̄um libū vnū. Et ad sorores suam p̄ iudeos libros duos. Et soliloquiorū vl̄ synonymorū libros duos. Et de uiris illustribus libū vnū. De summo bono libros tres. De origine officiorū libros duos. De sc̄tissima trinitate libū vnū. De corpe ⁊ sanguine xp̄i libū vnū. De officio misse libri vnū. Decretū canonū libū vnū. De computo ⁊ natura rerum libū vnum. De pp̄ietate rerū librum vnus. Sermonū librum vnū. Ecclesiasticorū libū vnū. Zamērum penitētis libū vnū. De astronomia libū vnū. Hystoriā seu cronicam libros tres. De cosmographia libū vnū. De grammatica ⁊ uocabulis libū vnū. Allegoariarū quocq̄ librum vnū. De heresibus librus vnū. Ep̄larū ad diuersos librum vnum. Differentiarum librum vnam. Plura alia scripsit memoratu dignissima. Ex quo patet q̄rum Laurentius valla deliquerit qui tam preciosum monile ecclesie dei pedib⁹ consulcare presumpsit.

¶ Nota que sequuntur de platone.



Consequenter Plato philosophorum princeps qui fertilissime affecit est doctrinam socratis p̄ceptoris sui. Et qui omnium mortalium fuit sapientissimus: ut scribit valent⁹. Discipulū quocq̄ habuit aristotelē. xxiij. annis: ut ait Auerois. Sic Plato super cunctos philosophos dicitur diuinus eo q̄ totis reassumptis virib⁹ in rerū diuinā cōtemplatione erat eleuat⁹. An̄ augustin⁹ in. vii. li. cōfessionū se legisse in libris platonicoz asserit nō quidē his verbis: s̄ hoc idē oīno multis ac multiplicib⁹ rōnibus. In p̄ncipio erat s̄bum ⁊ s̄bum erat apud deū ⁊ deperat verbū. Vide ibi plura admiranda s̄ba de platone si vis: que scribit Augu. q̄bus datur intelli⁹ q̄te sublimitatis ac diuinitatis fuerit. Etiam plato multa dicitur cognouisse de diuinis scripturis: legens libros veteris testamenti quos inuenit in egypto. Inter cetera vidit librum genesis ⁊ exposuit aliquid eius. Vide sanctum Thomam in prima parte. q. lxxvi. ar. i. in responsione ad vltimum ar. Et iterus in. i. li. sententiarum di. iij. ar. iiij. Sic igit talis ac tantus philosophus inuidie stimulo nō euasit. Nam fert

p ij

Quot ⁊ quāta volumina edidit Fido rus.

Quare plato dicit diuinus.

Augustinus



Plato multa cognouit de sanctis scripturis. Sc̄tus tho. Nota.

¶ aristoteles p merito accepte discipline libros eius quos habere potuit cōburi fecit vt validius eū in scriptis suis impugnare posset. Idcirco dubito ne in plurib⁹ redarguat euz que forte nec plato dixit nec cogitauit. Potuit em̄ aristoteles hoc malū faciliter exeq̄: fultus fauore alexādrī magni q̄ adolescēs per q̄nquēniū creuit sub disciplina ei⁹. An̄ Iustinus abreuiator trogi pōpei in hystoria oim seculoz. li. xij. de alexādro dicit sic. Puer acerrim⁹ l'raruz studijs erudit⁹ fuit. Eracta pueritia per q̄nquēniū sub aristotele doctore inclyto oim p̄hoz creuit. Accepto deinde imperio regē se terraz oiz ac mūdi appellari iussit. Tantāq̄ fiducia suis militib⁹ fecit vt illo p̄sente null⁹ hostis arma: nec inermes timuerit. Itaq̄ cum nullo hostiū vnq̄ agressus est quē nō vicerit nullā obsedit vrbē quā nō expugnauerit: nullā gērē adijt quā nō calcauerit. hec iustin⁹. Ptz ex dictis q̄ plato fuit inuidia p̄secut⁹. ¶ Oigenes habuit plures emulos.

Iustinus de alexandro. Alexander fuit sub disciplina aristo.



¶ De philosphis taceā. An̄

ter doctores catholicos etiā hec putrida tabes inuidie semp virulētas pduxit radices. Sed videam⁹ de ouigene q̄tū fuerit dēribus inuide dilamar⁹. Fuit quippe vir maximi ac excellētis: simi ingenij: cui nec in sanctitate vite nec in studio ac eruditione diuinarum

Hieronym⁹.

Hieronym⁹. Nota de ouigene.



Oigenes erat pauper. Oigenes optabat mori p̄ fide xp̄i Oigenes erat sanctis: sine vite.

Scripturaz silis inuētus est. Dic vt testaf diuus hieronym⁹ ad p̄machū ⁊ oceanū. centūq̄nquagita annis ipm̄ hieronymū p̄cessit: natiōe alexādrin⁹ fuit: leonidis martyris fili⁹ clemētis alexādrini discipulus. Nota ergo sim hieronymū in libro de viris illustribus ⁊ alios scriptores catholicos. q̄ ouigenes q̄ ⁊ adamātius dicit decimo seueri pertinacis anno aduersum xp̄ianos persecutiōe mota ac leonide patre p̄ fide xp̄i martyrio coronato cum sex fratrib⁹ et matre vidua pauper relictus est annos natus circiter decez ⁊ septē. Substantiā autē omnē p̄pter xp̄i cōfessionē fiscus occupauerat sic vt vnde viuerēt amplius nihil haberēt. Erat tamen iam mirabilis in eo doctrina ⁊ fidei xp̄iane admirāda constātia. Proposuerat em̄ cū patre suo leonide p̄ fide mori: si matris fraude eum nō cōtingisset p̄seruari. Nam cū ad locū agonis patri mane deliberasset occurrere: sublati a matre noctu vestimētis ⁊ obseratis tabernaculi valuis domi cogitur rez

manere. Cum vero in virū creuisset agere vitā apostolicā in-
stituit et annūciāns in circuitu suo verbum de nudis pedi-
bus multis annis incessit: a vino et carnibus abstinuit. Ieiun-
ijs: vigilijs: orationibus: et cōtinuis diuinā scripturarum
studijs intentus fuit. Unam tñ tunicam induere cōsuevit
et omniū rerum mundanarū contemptor effectus: nihil de
crastino cogitabat. Amore castitatis vt mulieribus secure
auderet predicare se castrari fecit. Unde diuus hieronymus
ad pāmachium et oceanum in epistola que incipit. Ledule
quas misisti. ita inquit. Vult aliquis laudare originem: lau-
det et laudo. Magnus vir ab infantia fuit et vere matris fi-
lius. Alexandrie ecclesiasticam solam tenuit succedēs erudi-
tissimo viro clementi presbytero. Voluptates intantū fugit
vt zelo dei: sed non fm scientiam: ferro truncaret genitalia
calcavit auariciam: scripturas sanctas memoriter tenuit: et
in studio explanationis earum diebus desudauit et nocti-
bus. Nulle et eo amplius tractatus in ecclesia locutus est.
Edidit innumeros preterea cōmentarios: quis nostrum tan-
ta legere posset quāta ille descripsit? Quis ardētē in scriptu-
ris animū nō miretur: hec hieronymus. Vere magna et ad-
mirāda sunt que de origine diximus. Sed nescio quomodo
factū fuerit aut quid acciderit inter doctores catholicos vt
tam diuersa loquātur de eo: nunc bona nunc mala. Quidam
predicant illum virum optimū: alij vero pessimū fuisse. Et
sunt qui tenent eum sanctū: alij autem hereticū affirmant.
Unde sanctus Thomas. i. parte. q. xxiij. ar. i. in respōsione
ad primū argu. dicit qd origenes fuit fons arrianorū: qui po-
suerūt filium a parte esse in diuersitate substātie. Iterum in
prima parte. q. li. ar. i. in respōsione ad primū argumētū dicit
idem Thomas qd origenes deceptus fuit sequēs antiquoz
philosophorum opiniones. Iffidorus quoq; in. vi. libro ethi-
mo. c. vii. valde eum extollit et collaudat sic dicēs. Origenes
in scripturaz labore tam grecos qd latines operum suorum
numero superauit. Deniq; hieronymus ser milia librorum
eius legisse fatetur. Nec Iffidorus. Sed idē Iffidorus in. vii.
li. ethimo. c. iij. fortius eum deprimat quē antea laudauerit
ita inquiens. Originiani heretici ab origine auctore exorti
sunt dicētes qd nō possit filius videre patrem: nec spū sanctūs
filiū. Animas quoq; in mundi principio dicunt peccasse:
et pro diuersitate peccatoz e celis vsq; ad terras lapsas di-
uersa corpora quasi vincula meruisse: eaq; causa factū fuisse

Origenes
erat castissī-
me vite.

Hieronymus
de origine
dicit mira.
Origenes
ferro truncat
genitalia.

Origenes
multa edi-
dit volumina
De origine
diuersa di-
cunt docto-
res.

Sanctus
thomas



Iffidorus.

Iffidorus de
erroribus
originis.



Hieronym⁹
de origine et
trema sentit

Hieronym⁹
oquitur cō-
tra origines.



Hieronym⁹.

Hieronym⁹
directe inue-
nit i origenē

Hieronym⁹
expresse vo-
cat origenes
hereticum.

Hieronym⁹.

mūdum. hec Iſidorus. ¶ **D**iuus etiaꝝ hieronymus pater dō-
ctoz ꝛ sanctimonie atqꝫ pudicitie verus amator de origine
extrema videt sentire. Nam aliqui vsqꝫ ad astra extollit eū.
Aliqñ vero vsqꝫ ad inferos depimit. Sed videam⁹ aureas
sententias eius: prout calamo occurrūt. Idcirco cū hierony-
mus accusaret ab emulis suis eo qꝫ laudauerit origenē: tūc
scribens ad pāmachiū ꝛ oceanū epistolā superius allegatā
seipsum excusat ꝛ impingit ꝛtra originē dicēs. Laudauī in
terp̄rem nō dogmatistē: ingeniuū nō fidem: philosophū non
apostolū. qꝫ si volunt sup̄ origenē meū scire iudiciū legāt in
ecclesiastē cōmentarios. Replient in epla ad ephesios tria
volumina ꝛ intelligēt me semp̄ eius dogmatibus ꝛtraisse.
¶ **F**reruz hieronym⁹ in eadē dicit sic. Exerto credite quasi
christianus xpianis loquor. Si mihi credit origenista nūqꝫ
fui. Si nō creditis: nūc esse cessauī. Et in eadem iteruz sub-
iūgit sic. Nō ꝫsueui illoꝝ errorib⁹ insultare quoz miro inge-
nia. Ipse si adhuc viueret origenes irasceret vobis fauto-
ribus suis: ꝛ cum iacob diceret. Odiosum me fecistis in mū-
do. Et post pauca ita inquit. Illud vero qꝫ asserunt a qui-
busdam hereticis ꝛ maliuolis hoīb⁹ libros eius esse viola-
tos qꝫ ineptum sit. Hinc ꝫbari pōt quis prudentior: doctor:
eloquentior: eusebio ꝛ didimo assertoribus origenis inueni-
ri pōt: Quoz alter sex voluminibus defensionis eius scribēs
ita eum vt se sensisse cōfirmat. Alter sic eius errores nititur
excusare vt tamen illius esse fateatur: nō scriptis negans: s̄
sensum scribentis edisserens. Aliud est si qꝫ ab hereticis ad-
dita sunt: didim⁹ quasi bene dicta defendit. hec hieronym⁹.
¶ **E**tiam hieronym⁹ contra vigilantū in epistola que inci-
pit. Iustum q̄dem fuerat. dicit sic. Origenes hereticus quid
ad me qui illū in plerisqꝫ hereticū nā nego. Errauit de resur-
rectione corporis. Errauit de aiarum statu. De dyaboli peni-
tentia. Et quod his maius est filiū dei ꝛ spiritūsanctum in
commentarijs esaye seraphin esse restatus est. Si errasse nō
dicerem eum ꝛ hec quotidie nō anathematizārē: essem erro-
ris illius socius. Neqꝫ enim ita debem⁹ bona eius recipere
vt mala quozqꝫ suscipere cogamur. At idem ꝛ scripturas in
multis bene interpretatus est. ꝛ prophetarum obscura disse-
ruit. ꝛ tam noui qꝫ veteris testamenti reuelauit maxima sa-
cramenta. hec hieronymus. Si cupis plura scire de origine
vide hieronymū in epistola ad auitū de erroribus origenis.
Epistola incipit. Ante annos circiter decem. ¶ **F**rerū hiero-

onymus ad desiderium de precipuis ecclesiasticis scriptoribus
 Epistola incipit. Vis nunc acriter mihi frater desiderii. sic ait
 Oigenes adamantius altiora atque maiora cogitas potiusque
 ingenium ferre non sufficiens: aliud aliudque subnectit. Et cum
 hec nimio mentis ardore cogitasset: oneribus maioribus car
 ricabat se. Et cum sic incedere non posset ruina magna illuc
 deuolutus est. Et ruina eius pareret doctrinas per aliquas se
 ductiones in peras: multoque de via recta in aliam viam perdu
 rit: et venenum eius quasi tremulis vocibus syrenarumque canti
 cis plures necare potuit. Melior omnibus in bonis: peior in ma
 lis. Aliqua vero per eum secus viam seminata sunt. Multi ta
 men aliquos eius pessimos discipulos multa venenosa sub
 eius nomine edidisse testantur. hec hieronymus. Et ad trans
 quillum hieronymus de origene ait. Qui nimium ducuntur in
 eius amorem vel odium: mihi videntur illi maledicto pro
 phetico subiacere. Et illis qui ducunt bonum malum et ma
 lum bonum. Augustinus quoque in. xxi. lib. de ciuitate dei. c.
 xvij. affirmat origenem grauius errasse: sic dicens. Nunc iam
 cum misericordiis nostris agendum esse video et pacifice
 disputandum: qui vel omnibus illis hominibus quos iustissimum
 iudex dignos gehenne supplicio iudicabit: vel quibusdam
 eorum nolunt credere penam sempiternam futuram: sed post certi
 teorum metas pro cuiusque peccati quantitate: longioris siue
 breuioris eos inde existimant liberandos. Qua in re miseri
 cordior profecto fuit origenes qui et ipsum dyabolum et angelos
 eius post grauiora per meritis et diuturniora supplicia ex il
 lis cruciatibus eruendos: atque sociandos sanctis angelis cre
 didit. Sed illum et propter hoc et propter alia nonnulla: et maxi
 me propter alternantes sine cessatione beatitudines et miseri
 as et statutis seculorum interuallis ab istis ad illas: atque ab il
 lis ad istas itus ac reditur interminabiles: non immerito re
 probauit ecclesia. Quia et hoc quod misericors videbatur amiserit:
 faciendo sanctis veras miseras quibus penas luerent et fal
 sas beatitudines in quibus verum ac securum hoc est sine timo
 re certum sempiterni boni gaudium non haberent. hec augusti
 nus. Sunt alij doctores qui asserunt scripta origenis ab
 emulis siue ab hereticis deprauata. Unde Aymo episcopus
 halberstatensis ecclesie in saxonia: vir tam in diuinis scriptu
 ris quam secularibus litteris eruditissimus in libro de christianarum
 rerum memoria. loquens de origene sic dicit. Plurimum admi
 ri non sufficio quod vir tam illustis et tam aperte rebellas et ob
 p iij

Nota oia q
 sequuntur.



Hieronymus?



Augustinus
 de origene.



Augustinus
 dicit quod ori
 genes est res
 probatus ab
 ecclesia.



Aymo loqui
 tur in fauos
 rez origenis.

Hieronymus
videt loqui
in fauore or
genis.

inians hereticis deuolutus sit in tam notissimas heresim
seraphin in Isaia spiritus sanctus esse dixerit. Et in alio loco
de penitētia dyaboli scripserit: et de absolutione reproborum
post mille annos et alijs multis que sane fidei aduersantur
Cum tamen abstinentissime vite et castissime fuerit: et tam
preclare doctrine et lucidi sermonis. Ego sane salua fide pas
trum dixerim vt hoc vel nō scripserit: sed ab hereticis ob of
fuscandū nomen eius et famā maligne cōfecta est et nomine
eius intitulata. hec haymo. ¶ Faciūt ad hoc propositū vers
ba hieronymi de locis et nominibus hebraicarū questionū:
Epistola incipit. Cum in principijs librorum: vbi dicit sic.
De origine autem sileo cuius nomen et si parua licet compos
nere magnis: meo noie inuidiosus est. Hoc vnum dico: quia
vellem cum inuidia nominis eius: scientiā habere etiaz scri
pturarum. Flocipendēs ymagines vmbraſq; demonū: queſ
rustici Ozellum nomināt laruarum: quaz natura esse dicūt
terrere paruulos: et in angulis occurrere tenebrosiſ. hec hie
ronymus. Et dictis p̄z q̄trum potuerit: emulatio: inuidia:
malignitas: ac lingua dolosa cōtra originem. Nec mirandū
est si primus sine exemplo errauerit qui tot volumina sine
magistro precedēte explicauit. Nostrum tamen est: nedum
de origine sed de quibuscūq; scriptoribus cum sancta roma
na ecclesie sentire et superfluas opiniones contempnere.

Gregorius theologorū princeps: ac rethorū
lumen emulos habuit nequissimos.



Agnus etiaz gregorius magnos

habuit emulos qui post mortē suā manus
posuerūt ad comburēdū libros suos. Naz
dicitur in eius legēda. Cum quidā inuidi
quosdā libros eius cōburissent et ad alios
comburēdos anhelarēt: petrus dyaconus

eius obstitit dicens. Immane sacrilegiū esse tanti patris
libros cōburere sup cuius caput dictātis ipse spiritū sc̄m in
specie colūbe sepissime cōsperit. In hāc vero or̄ in eos prouo
casse sentētiā. Et si qd̄ dixerat iurādo p̄firmās: mox trino
meruisset ipsi a libroꝝ erustione cessarēt. Aliter cū cōbustio
ribus manū daret. Itaq; cū euāgelij in ābone ascēdēs mor
vt gregoriane sc̄titati testimoniū dedit: inf̄ s̄ba sp̄m efflauit:

Thomas splēdor ecclie et doctor: an
gelicus caninos dentes passus est,

Nota d̄ sc̄to
gregorio.





Splendor quoque christiane religionis thomas de aquino qui sapientia sua vniuersalē illustrauit ecclesiā: in cuius laudem quicquid dixerō minime profecto est quod dignitas sua mereat. Nihilominus nec ipse labia iniqua: latrantes ac rabidos canes eua- dere potuit. Hic enim fuit origine illustris amator sapientie ardentissimus: vas spiritus sancti. Vir tam in diuinis scripturis quam secularibus litteris plenissime eruditus: sermone disertissimus: eloquio facilis: immo clarissimus: sensu profundissimus: vita ac conversatione sanctissimus. In quo infusus est quicquid naturaliter est capax humani generis. Tanta enim et admiranda volumina scripsit ut merito stupor in humano genere dici possit. Lege obsecro aureas summam theologie in qua pene tot sunt miracula quot determinant dubia: tot sacramenta quot soluntur argumenta. In quattuor enim voluminibus distinguitur in quibus omnia patriarcharum oracula: prophetarum testimonia: apostolorum dicta: diuinarum scripturarum fundamenta: spiritus sancti carismata: tam clare: tam dilucide: tamque profunde explicantur ut videatur totus in certamine positus. Quod iterum consideranda diligenter: et obserua cautius: quattuor libros sententiarum ac cetera pene innumerabilia opera que scripsit efficacissime: precipueque summam illam mirabilem contra gentiles. In quibus clare ostenditur quod subtilis artifex fuerit: et quod prudens in cunctis testimoniis quae sumit tam de veteri quam nouo testamento. Nam ubique respexeris fulmina sunt. Nihil insolutum: nihil indeterminatum relinquitur: sed radiciter heret in causa: carpit omne quod tetigerit atque de fonte purissimo eterne sapientie tanquam verum atque euangelicum dispensator: noua ac vetera sic dilucidat: sic explanat: ut cunctos scriptores ecclesie dei superare videatur. Quis tanta posset legere quanta ille scripsit? Idcirco in sacro baptismate Thomas decemissime nominatus est: ut cunctis daretur intelligi quod ipse futurus esset diuine sapientie abyssus profundissima. Nominatio enim quae imponitur diuinitus: aliquid: ut ipse doctor in. iiij. pte. q. xxxvij. ar. ij. testatur semper significat aliquid gratuitum donum eis diuinitus datum. Sicut bene. xvij. c. dictum est abrahe appellaberis abraham: quia patrem multarum gentium constitui te. Et Math. xvi. c. dictum est Petro. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Quia igitur huic scriptissimo doctori sapientie plenitudo erat tribuenda: ideo aptissime Thomas nuncupatus est: ut

Nota oia que sequuntur.

Thomas diuinitus nominatus est et quare.



Urbanus papa de sancto thoma magna dicit.



Innocentius papa in fauorem sancti thome mirabiliter scribit.

Hieronymus.

nomine effectui iugeres. Huius preterea nobilissimi doctoris sapientia approbata et confirmata fuit per diuersos sumos pontifices. Unde urbanus papa in bulla quam archiepiscopo tholosano et cancellario ecclesie tholosane ac vniuersis magistris et doctoribus ceterisque clericis et laicis in ciuitate et puincia tholosana commorantibus direxit. Post mirificas laudes in fauorem doctrine sancti thome. Ita subiugit. Vltimum insuper et tenore presentium vobis iniungimus: vt dicti beati thome doctrinam tam veridicam et catholicam sectemini: eamque studeatis totis viribus ampliare. hec ibi. Etiam innocentius papa in sermone qui incipit. Ecce vltus quam salomō hic. loquens de sancto doctore thoma de aquino. Ita inquit. Huius doctoris sapientia pre ceteris excepta canonica: habet proprietatem verborum: modum dicendorum: veritatem sententiarum. Ita vt nunquam qui eum tenuit inueniat a tramite veritatis deuiasse: et qui eum impugnauit semper fuit de veritate suspectus: hec innocentius. Etant ergo nunc emuloderiorum suorum: compleant in finis sui damnatione sensuri. Nam acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum. Sed sagitte paruulorum facte sunt plage eorum: et infirmate sunt contra eum lingue eorum. Hinc diuus hieronymus ad pammachium in defensione librorum contra iouinianum: sic ait. Inuente sunt plarine familie et sciole tantum ad detrahendum: qui in eos se doctos ostentare velint si omnium dicta lacerent. Item hieronymus de locis et nominibus hebraicarum questionum. Epistola incipit. Cum in principijs librorum dicit sic. Semper enim in propatulo fortitudo emulos habet feriuntque summos fulgura motes. Et ad augustinum hieronymus ita inquit. Puerilis est ianctantie quod olim facere consueuerant adolescentuli accusando illustres viros: suo nomini famam querere.

Pater doctorum hieronymus rabidos habuit detractores. Audi precor querelas eiusdem,



Et iterum pater doctorum diuus hieronymus in cuius laudem augustinus inquit. Nemo hominum sciuit que hieronymus ignorauit. Pro cuius honore et gloria minus est omne quod dicimus etiam moribus emulorum multiplex veritas est. Sed nota per reuerentiam tante scitatis ac beatitudinis que sacra eloquia ante hieronymum varios habuerunt interpretes

potuit colligere potui ab Iſidoro in. vi. lib. ethimo. ca. iij. et ab alijs ſcriptouibus catholicis. Nam p̄mo ante incarnatio nē xp̄i annis trecentis quadraginta vno ſeptuaginta inter pretes floruerunt: q̄ p̄mo ſcripturas veteris teſtamēti de hebreo in grecū tranſtulerūt. ¶ Sec̄do poſt aſcenſionē dñi ānis centū viginti quattuor aquila ſecūdam trāſlationē edidit. ¶ Tertio poſt aquilā ānis quadragintatribus theodocion aliā editionem fecit. ¶ Quarto poſt theodocionē annis triginta ſymacus aliā edidit. Nota hic q̄ theodocion & ſymacus ambo fuerūt iudei p̄ſeliti. Dicūtur autē cōiter p̄ſeliti q̄ de gentibus ad ritum iudeoz ſunt conuerſi. ¶ Quinto poſt ſymacū annis octo vulgariſ illa interpretatio inuenta eſt hic roſolymis. Et q̄ auctor eius nō apparet ideo ſine interpretis noie quinta editio: vel vulgata editio nūcupatur. ¶ Sexto poſt hanc vulgatā editionem annis fere decē octo. Athanus grecoꝝ Origenes ſextā & ſeptimā editionē miro labore reperit. Nā corerit ſeptuaginta interpretes cū Aſterico & Obelo Poſtmodū ſine his aliā edidit interpretationē. Vi ergo ſunt qui ſcripturas ſacras de hebreo in grecū verterūt. Sed latinorū interpretum q̄ de greco in latinū tranſtulerunt vt meminit Auguſtin⁹ quaſi infinitus eſt numerus. Multi em̄ ſcio li vtriuſq̄ lingue in p̄mitiua eccleſia de greco tranſtulerunt in latinū: q̄ ſicut ait Auguſtinus. P̄mus fidei t̄palib⁹ ad cuius manus venit codex grecus q̄ aliquātulū ſibi vtriuſq̄ lingue peritiā ſenſit auſus eſt ſtatim interpretari. Atq̄ in de accidit innumerabiles apud latinōs extiſſe interpretes. De hebreo autē in latinū eloquiū tantūmodo diuus hieronymus ſacra eloquia tranſtulit: cui⁹ interpretatio honore & gloria cunctis preponitur. Hinc Iſidorus in. vi. lib. ethymolo. c. iij. dicit ſic. P̄ſbyter quoq̄ Hieronym⁹ triū linguarum peritus ex hebreo in latinū eloquiū eaſdem ſcripturas conuertit eloquēterq̄ tranſſudit. Cui⁹ interpretatio mento ceteris ante fertur. Nam eſt et verboꝝ tenatior & perſpicuitate ſententię clarior. Atq̄ vt pote a xp̄iano interprete verior. hec Iſidorus. Propterea Hieronym⁹ in epiſtola ad cromaſium & heliodoz epiſcopos de libris Salomonis ita inquit. Si cui ſane ſeptuaginta interpretum magis editio placet habet eam a nobis olim emendatam. Neq̄ em̄ noua ſic curdimus vt vetera deſtruam⁹. Et tamen cum diligentiffime legerit ſciat magis noſtra ſcripta intelligi: que nō in tertium vas tranſſuſa coacuerint: ſed ſtatim de p̄ſio puriffime emē.

Iſidorus.

Septuaginta interpretes floruerunt.
Aquila.
Theodoci⁹
Symacus.

Vulgata editio.

Origenes

Nota p̄ſes interpretes.

Auguſtinus



Sol⁹ hieronymus de hebreo biblias in latinū trāſtulit.

Iſidorus in laudē hieronymi.



Hieronym⁹ de ſeipſo loquitur.



Hieronymus
psalterium dis-
tinxit per fe-
rias.

Hieronymus
epistolas et eu-
gelia ordina-
uit.

Hieronymus
inuidie stimu-
lis laceratus.
Hieronymus
conqueritur de
emulis suis.



Hieronymus
conqueritur.

Hieronymus
conqueritur.

data teste suum sapore seruauerint. hec Hieronymus. ¶ Etiam
scire debes quod olim in ecclesia vnusquisque cantabat quod vo-
lebat: ideo Theodosius imperator vir immense religiostras-
tis: christo et ecclesie fidelissimus. Rogauit papam Damasum
ut alicui viro docto ecclesiasticum officium committeret ordina-
dum. Ipse autem sciens Hieronymum tam in lingua latina quam
greca et hebraica perfectum: atque in omni scientia ac virtute
summum: eidem commisit dictum officium. Hieronymus ergo psalte-
rium per ferias distinxit: atque ynicuique ferie proprium nocturnum
assignauit. Et cum gloria patri et filio et spiritui sancto: in fine
cuiuslibet psalmi dicendum instituit. Deinde epistolas et euange-
lia per anni circulum decemadas: ceteraque ad officium pertinen-
tia propter cantum rationabiliter ordinauit. Misitque omnia de bethleem
ad summum pontificem: et tam a papa quam a cardinalibus fuit ap-
probatum ac perpetuo auctoritatum. Tandem Hieronymus in ore spe-
lunce ubi dominus iesus christus iacuit monumentum sibi construxit in
quo expletis. xxxvij. annis et mensibus sex: sepultus fuit. Ex dis-
cretis partibus quantum teneatur christiana religio patri doctorum Hieronymo
qui tot ac tanta mirabilia ob reuerentiam orthodoxe fidei edis-
dit. ¶ Sed quantum inuidie stimulis hic tam excellens doctor
fuerit dilaceratus satis liquet ei que aurea scripta sua lustrauerit.
¶ Non scribens ad Pamachium in defensione librorum contra Iou-
nianum. Non intitulat epistola: sed Apologeticam ad Pamachium que
incipit sic. quod ad te hucusque non scripsi causa fuit silentium tuum
ita inquit. Si rustici homines et vel rhetorice vel dyalctice ar-
tis ignari detraberent mihi: tribuerent veniam imperitie: nec ac-
cusatores reprehenderent ubi non voluntatem in culpa cernerent sed igno-
rantiam. Nunc vero cum deserti homines et liberalibus studiis erudi-
ti magis velint ledere quam intelligere breuiter a me responsum ha-
beant: corrigere eos debere peccata non reprehendere. hec Hieronymus
¶ Et ad principia virginum: et est principium epistole ita inquit. Scio
me principia in christo filia a plerisque reprehendi quod interdum scri-
bam ad mulieres et fragiliorum sexum manibus preferas. Et idcirco
debeo primum obtretratores meis respondere et sic venire
ad disputacionem quam rogasti. Si viri de scripturis quere-
rent mulieribus non loquerer. hec Hieronymus. ¶ Iterum Hiero-
nymus de locis et nominibus hebraicorum questionum: epistola inci-
pit. Cum in principibus librorum dicit sic. Adde vero percul ab vbi-
bus foro: litibus: turbie: remotum: sic quoque ut Quilianus ait
latentem inuenit inuidia. ¶ Etiam Hieronymus ad virginem
exules: epistola incipit. Si deus ac dominus noster iesus christus

fic ait. Sed dicit aliquis. Quisquis vitare inuidiā cupit ti-
 meat pluribus innotescere vel placere. Ecce iustus abel nul-
 los habuit quibus innotesceret vel placeret: et tamen inui-
 die odium vitare nō potuit. Errat enim quicūq; absq; hoim
 amicitijs contrahi nō posse opinatur inuidiā: cum illa non
 tam humanas amicitias q̄ solam dei amicitia persequatur
 hec Hieronimus. ¶ Et in prologo super Josue sic dicit. Nos
 ad patriam festinantes mortiferos sirenarum cantus surda
 debemus aure transire. ¶ Et iterum ad Asellam virgines in
 epistola que icipit. Si tibi putes gratias a me referri posse
 dicit sic. Licet me sceleratū quidā putent ⁊ flagitijs meis, ob-
 rutum et pro peccatis meis etiam hec parua sint tamen tu
 bene facis: qui ex tua mente etiam malos bonos putas. Pe-
 nulosum quippe est de seruo alterius iudicare ⁊ nō facilis
 venia praua dixisse de rectes. Veniet veniet illa dies ⁊ meū
 dolebis ardore nō pauco. Ego probrosus: ego versi pellis et
 lubricus: ego mendax ⁊ sathane arte deceptus. Quid est tu-
 tius: hoc vel credidisse vel finnisse de insonitibus. An etiam
 de noxijs credere noluisse: Osculabātur quidā mihi manus
 ⁊ ore vitupereo detrahebāt: dolebāt labijs: corde gaudebāt
 futuro cum eis iudicio referabat. Alius incessum meū calū-
 niabatur ⁊ risum. Ille vultui detrahebat. Dic in simplicita-
 te aliud suspicabas. Pene certe triēnio cū eis viri multa me
 virginū crebro turba circūdedit diuinos libros vt potui nō
 nullos sepe disserui. Lectio assiduitatē: assiduitas famula-
 ritatem: familiaritas fiduciam fecerat. Dicant quid vnq̄ in
 me aliter senserunt q̄ xpianum decebat: Dicant si pecunias
 cuiusq; accepi: si munera parua vel magna non sperni: In
 manu mea es alicuius insonuit: Obliqu⁹ sermo: oculus pe-
 tulans fuit: Nihil aliud mihi obijcit nisi sensus meus ⁊ hoc
 nūq̄ obijcet: nisi cum hierosolymā Paula pficiscit. Isti cre-
 diderunt mentiēti cur nō credunt neganti: Idem est homo
 qui fuerat fatē insonitem: qui dudum noxiū predicabat. Et
 certe vitarē magis exprimūt tormēta q̄ risus: nisi q̄ facili⁹
 creditur: quod aut fictū libēter audir: aut nō fictum vt fin-
 gatur impellit. Anteq̄ domū sancte Paule noscerē totius
 in me vrbis studia cōsonabant: oim pene iudicio dignū sum
 mo sacerdotio decernebar. Beate memorie Damasus meus
 sermo erat dicebar sanctus: dicebar humilis ⁊ discretus. Nū
 quid domū alicuius lasciuiois ingressus sum? Nūquid me

Hieronym⁹.

Hieronym⁹
 graues facit
 querelas.
 Nota omnia.



Hieronym⁹
 recitando.
 Obiectio
 emulorū tra
 hieronymū.



Insurgunt
 emuli cōtra
 hieronymū ⁊
 quare.
 Cōstātia hie
 ronimi mira-
 bilis.

Sola paula
inclinat hie-
ronymū suo
merito.

Patiētia hie-
ronymi p̄tra
emulos.



Deronymus



Adhuc nunc
sunt scribe et
pharisei i ec-
clesia ⁊ quō.

Hieronymus?

Patiēter fer-
re debemus
detractores
exēplo xp̄i.
Nota.



vestes serice: nitētes gemme: picta facies: auri rapuit ambi-
tio. Nulla fuit aliquando matronarū rome que meam pos-
set edomare mentes: nisi lugens atq; ieiunans Paula squa-
lens sordibus fletibus pene cecata: quā cōtinuis noctibus
domini misericordiā deprecantem: sol sepe deprehendit. Cu-
ius canticum psalmista: sermo euangeliuz: delitie continen-
tia: vita ieiunium. Nulla me potuit aliquādo delectare: nisi
illa quam manducantem non vidi. Sed postq̄ eam p̄ sue
merito castitatis. venerari: colere. suscipere cepi: omnes ili-
co me deseruere virtutes. O inuidia p̄imum mordax tui. O
sathane caliditas semp̄ sancta persequeris. Et sequitur ad
predicta sic. Gratias autē ago deo meo q̄ d̄ginus sum quē
mundus oderit. Maleficū me quidam garrunt: titulus fi-
dei seruus agnosco. Magum vocāt ⁊ iudei dñm meum. Se-
ductor ⁊ apostolus dictus est. Temptatio me nō apprehen-
dat nisi humana. Quotā partem angustiārū perpeffus sum
qui cruci milito. Infamiam falsi criminis importabunt. Sz
scio per bonam ⁊ malam famam peruenire ad regna celozū
hec omnia vitronimus. ¶ Frerum hieronymus in episto-
la ad oceanum consolatoria: que incipit. Diuersozū oppro-
briozū tribulationes: ita inquit. Irridebant enim scribe ⁊
pharisei xp̄m q̄ diuitias contēpserit: sicut scriptuz est. Hec
audientes scribe ⁊ pharisei qui erant avari irridebant eum.
Habemus ⁊ nos scribas: habemus etiam ⁊ phariseos q̄ nūc
chusti discipulos spernentes diuitias irident: sicut illi iri-
dere dñm ⁊ magistrum. Sed dicendū est eis quod illis tunc
temporis dictū est. Eos estis qui iustificauistis vos coram
hoibz: q̄ hoibus altum est. Abominatio est apud deum:
¶ Et iteruz ibidē sequitur sic. Non oportet ergo nos quozū
dam risu v̄l subsannatione conteri: cum etiam ip̄m dominū
a talibus nō ignoramus irrisum. Sz exultare potius ⁊ gau-
dere debemus: si ⁊ nos illa oia que ⁊ dñs noster ante pertu-
lit pferamus: recepturi etiam pro ipsa subsannatione mer-
cedem: quia nihil est q̄ nobis pro chusti nomine sine p̄mio
irrogetur. Vide ergo q̄ beati sunt atq; felices quibus etiā
insipientiū risus p̄ficit ad salutē. Ita etem dominus dilige-
tes se diligit. Ita se timētes honorat: vt nec irrideri eos gra-
tuito sinat: q̄bus ⁊ p̄ subsannatibus retribuet v̄l rionē. Hec
igitur tu sapiens sanctaq; anima vite insipientium ⁊ infide-
lium fabulis terrearis: quo minus ea que legis sunt facias.
Neq; de gehenne ignibus nos hoim fabule poterūt libera

re vel rñus: sed xpi timor atq; iusticia. hec Hieronymus. Et dicitur liquet q̄tum inuidie stimulis Hieronymus Thomas Gregorius ac ceteri illustres viri persecuti fuerint. ¶ Pro cōclusionone igitur scire debes q̄ inuidia s̄m robertū holzoth est toxicus charitatis: ostiū iniquitatis: et putredo sanitatis. Primo dicitur inuidia toxicū charitatis: q; nisi inuidia esset qui libet de bono alterius gauderet: et de malo alterius doleret. Quia hoc est p̄pau charitatis. ¶ An̄ Augustinus super Johānē ait. Tolle inuidiā et tuū est q̄d habeo: tolle inuidiā et meum est quod habes. ¶ An̄ glosa super illud Psal. xlv. c. Ego dñs formans lucem et creans tenebras dicit. Quod est vita serpētis mors est homini: sicut est venenū. Et e contra: humor aqueus: id est salua: est vita hoīs: et est mors serpentis. Similiter illud quod est vita virtuosi et boni hominis est mors inuido. Et quod est in bono viro mors vel dānus est inuido vita. ¶ Secūdo inuidia est ostium iniquitatis. Per hanc enim mors intravit in mundū. vnde Sapientie. ij. c. dicitur. Inuidia autem dyaboli mors introiit in orbem terrarū: imitantur autem illū qui sunt ex parte illius. Per hanc occasus est Abel a cayn: et Jacob tribulatus ab Esau. Joseph venditus a fratribus. David p̄secutus a Saule. Per inuidiā pcurat est lapsus mūdi: et christus traditus est a iudeis. vñ Math. xxvij. c. dicitur. Sciebat enim pylatus q̄ per inuidiā tradidissent eum. Istud ostium iniquitatis inuidie fere nullus p̄t vitare. Hinc Seneca in lib. de moribus ait. Et si nullos inimicos tibi fecit iniuria multos tñ fecit inuidia. Hinc etiam Augustinus in primo lib. de doctrina christiana ait. Inuidia vitium dyabolicū est: quo solum dyabolus reus est: et inexpiabiliter reus. Non enim dyabolo dicitur: vt damnet. Adulterium cōmisisti: furtum fecisti: villam alienam rapuisti: sed homini stanti inuidisti. hec Augustinus. ¶ Tertio inuidia est vitium vel putredo sanitatis. vnde Prouerbiourū xiiij. c. dicit. Ira carniū sanitas cordis: putredo oculum inuidia. Quod verbum pertractās Gregorius in. v. lib. moral. c. xxxiiij. dicit s̄c. Quid enim per vitam carnis nisi infirma quedam ac tenera. Et quid per ossa nisi fortia acta signatur. Et plerūq; contingit vt quidam cum vera cordis innocētia in nonnullis suis actibus infirmi videātur. Quidā vero itaq; quedā ante humanos oculos robusta exerceāt: sed tñ erga alioꝝ bona int̄ inuidie pestilētia tabescāt. Vñ ergo d̄r. Ira carniū sanitas cordis: q; si mēt̄ innocētia custodit: etiam si

Nota tria d̄ p̄cō inuidie
Inuidia est
toxicū carita
tis.



Inuidia est
ostiū iniquitatis.
Abel: iacob:
ioseph: dō
et ceteri imo
xps p̄ inuidiā
traditus est.

Seneca.

Augustinus



Inuidia est
putredo sa
nitatis.

Gregorius.

qua foris infirma sunt quādoq; roborātur. Et recte subdit.
 Putredo ossium inuidia: q; per liuoris vicium ante dei oculos
 pereunt: etiam fortia acta virtutū. Ossa quippe per inui-
 diam putrescere est: quedā etiā robusta deperire. hec grego-
 rius. Est igitur inuidia iustissimū vicium: q; est in sui aucto-
 rem reciproca. Vñ hugo de sancto victore. Iustus inuidia
 nihil quia prius ipsum auctore punit cor cruciatq; suum:
 Et basilius ait. Sicut rubigo ferrū sic inuidia aiam de qua
 nascitur corūpit. Et ideo maximā iniuriā faceret deus inui-
 do si poneret eum in celo: q; est ibi summa felicitas in profi-
 mo. ⁊ per pñs summū nocumētū esset inuido si deus poneret
 eum in celo: cū inuidia sit tristitia aliene felicitatis. Et
 ideo inuidus erit locatus in inferno vbi nihil videbit cui in-
 uidere poterit. Propterea gregori⁹ cupiēs valde nos ab isto
 vicio purgari in. v. li. mora. ca. xxxiiij. dicit sic. Sed qualiter
 inuidia eruarur intinem⁹. Difficile nāq; est vt hoc alteri nō
 inuideat: qđ adipisci alter exoptat: q; qcquid tēporale per-
 cipitur: tanto fit minus singulis q̄to diuiditur in multis.
 Et idcirco desiderātis mentē liuor ex cruciat: quia hoc quod
 appetit aut fundit⁹ alter accipiens adimit: aut a q̄ritate re-
 stringit. Qui ergo liuoris peste plene carere desiderat: illam
 hereditatē diligat quam coheredū numerus non angustat.
 Que ⁊ oibus vna est ⁊ singulis tota: q̄ tāto largior esse ostē-
 ditur q̄to ad hanc percipiētū multitudo dilatat. hec grego-
 rius. Sūt quippe inuidi merito ⁊ virtute ceteris inferiores.
 Et q̄uis minus valeat tamē semp obūbrare nititur melio-
 res. Eomodo quo inferior planeta eclipsat superiorē. Ut p̄t̄
 ad sensum de luna que si sup idem emisperiū se opponat in-
 ter nos ⁊ solē: facit eclipsim in sole. Vñc lactantius in. vi. li.
 diuinax institutionū. ca. iiij. dicit sic. Omnes em̄ quos cupis-
 ditas aut voluptas p̄cipites trahit inuidet ei qui virtutē
 capere potuit: ⁊ iniq; ferunt id habere aliquē quod ipsi non
 habent. Erit itaq; pauper humilis: immobilie subiectus in-
 iurie: ⁊ tamen omnia que amara sunt perferens. Et si paciē-
 tiam iugem. ad summuz illum gradum finemq; perdukerit
 dabitur ei corona virtutis ⁊ a deo pro laboribus quos in vlti-
 ma propter iusticiā pertulit immortalitate dotabitur. hec la-
 ctantius. His dictis nota duos versus qui sequuntur.
 Inuidus affligitur: susurrat: marmurat: odit.
 Detrahit: exultat: susurrat: marmurat: odit.

De peccato gula.

Hugo
 Basilius



Nota.
 Gregorius.
 Nō pōt cu-
 rari hō ab in-
 uidia.

Lactantius.



De eorum gule sicut Augustinum

est inordinata cibi auiditas: vlt' vt ait hugo
 gula est soli' corpis causa illecebrosus et aui
 dus ciborum appetit'. Vel gula est vorax eda
 citas nature finibus non contenta. Qui ergo
 ventri et gule' obediunt magis' animalium
 numero computantur quam hominum. In cunctis autem cibis et potibus consi
 derandum est non que voluptas: sed que requirit necessitas. Vnde
 Isidorus in .ii. li. de summo bono. c. xlii. dicit sic. Nam et philosophi di
 xerunt cibarius est venter vt trineat animam. non vt corumpat:
 qui nimium cibis vtuntur stomachus ventrem pascat: tanto ampli
 us sensum mentis obtundat. Nam greci dixerunt ex crasso ven
 tre subtilis sensum digni non posse. hec Isidorus. Ratio autem hu
 ius sine Isidori est: quia ex immoderata sumptione cibi et potus ascen
 dunt fumositates ad cerebrum ipsumque perturbant: et inde sequi
 tur inordinatio rationis: eo quod perturbatis inferioribus viribus corpora
 libus ipsa ratio impeditur. Sopito igitur gubernaculo. rationis per imo
 derantiam cibi et potus: facile generantur inique filie huius peccati
 Prima generatur ebrietas. i. subuersio rationis circa spiritus
 lia qui tollit gustum et deuotionem spiritus. Secunda generatur in
 epta leticia que est quedam lasciuia carnis siue gestus corporis in
 ordinatus lasciuia mentis demonstrans. Tercia generatur
 multiloquium siue loquacitas. homo enim saturatus cibo et potu
 verba non ponderat versus sequuntur detractiones: turpia verba: vi
 tuperia: iniurie et homini. Quarto generatur immundicia: quia ex
 vitio gule solet puenire vomitus ructus: fetor annelitus: et a
 lie libidinose immundicie. Quinto generatur scurrilitas que est que
 dam incoepositio siue deordinatio: siue iocularitas in exteriori
 bus membris que ad risum mouere solet proueniens ex defectu
 rationis: cuius est membra componere. Plura alia nocumenta et
 damna infert homini: et quo ad animam: et quo ad corpus vitium gule: de
 quibus vide pulchra motiua et aureas sententias hieronymi et alio
 rum doctorum vbi agit supra de quarto et quinto remedio con
 tra luxuriam. Sed per maiori recreatione languentis ac sitientis
 anime: ac per correctione vite melioris. Nota dicta sanctorum docto
 rum que sequuntur. In primis diuus hieronymus scribens ad
 rusticum monachum de vita monastica hortatur nos exemplo bea
 ti Pauli apostoli ad abstinentiam et macerationem carnis: que dires
 cre opponunt vitio gule. Epistola incipit. Nihil christiano felicius:
 vbi ita inquit. Has electionis in cuius christus peccato resonabat: ma
 cerat corpus et subijcit seruituti. Et tamen cernit naturalis carnis ar

Quid est gula.
 Augustinus
 Hugo.

Isidorus.



Immoderantia cibi et potus perturbat rationem.

Prima filia
 gula est ebe
 rudo mentis.
 Secunda inep
 ta leticia.
 Tercia loqu
 acitas.
 Quarta im
 mundicia.
 Quinta scur
 rilitas.

Hieronymus.



dozem sue repugnare sine: vt. qđ nō vult agere cōpellat. ⁊ quā
 si vin paries vociferat: ⁊ dicit. Miser ego hō quis me libera-
 bit de corpe mortis huius? Et tu te arbitraris absq; lapsu vul-
 nere posse trāsire. ¶ Et ad furiam ait hiero. O filia si apłs casti-
 gat corp? suū ⁊ in seruitutē redigit: qđo tu iuuecula adhuc in
 feruore iuuetutis posita dapib?: ⁊ vino plena poteris de casti-
 tate esse secura. ¶ Iterum hiero. ad nepotianū p̄byterum de
 vita clericor: parum ante finē eplē que incipit. Peris a me ne
 potiane charissime: ybi dicit sic. Tantū tibi ieiunioꝝ impo-
 nētz ferre potes: sint tibi ieiunia pura: casta: simplicia: mode-
 rata ⁊ nō supstitiosa. Quid pdest oleo non vesci: ⁊ molestias
 quāsdā difficultatesq; ciborum querere: caricas: pipir: nuce:
 palmar: fructus: flem: mel: pistacia: tota ortorum cultura ve-
 xatur: vt cibario nō vescamur: pane. Audio p̄terea quōsdā cou-
 tra rerum hōimq; naturā: aquam nō bibere: nec vesci pane: s;
 forbiciuncularū delicatas ⁊ contrita olera betariq; succū: nō
 calice forbere: sed concha. Prothpudor nō erubescimus istius
 modi ineptijs: nec redet supstitutionis. insup etiā famam absti-
 nentie in deitjs querimus fortissimū ieiunij est aqua ⁊ pa-
 nis. hec hieronymus. ¶ Consequēter Augustinus in. x. i. cōfesi-
 sionum sic ait. Voc me docuisti vt quēadmodū ad medicamē-
 ta: sic alimēta sumpturus accedā. Sed dum ad quietē satiera-
 tis transeo: in ipso transitu mihi insidiat laqueus cōcupiscen-
 tie. hec Augustinus. Et idem in regula ad clericos inquit. Car-
 nem vestram domare ieiunij ⁊ abstinentia esce ⁊ potus q̄tz
 valitudo p̄mittit. Et iterum Augustinus. Qui sic se a carnibus
 obtemperat vt alias escas ⁊ difficilioris p̄parationis ⁊ precij
